



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac  
Summa Potestate Rom. Pontificis**

**Wesseling, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1662**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)





42




M. II Th 4942.  
~~15~~  
12



P. II

9.








P. II

9.








P. II  
9.










P. II

9.







TRACTATUS  
IVRIDICO-POLITICVS  
DE IURE SUPERIORITATIS  
AC SVMMA POTESTATE  
ROM. PONTIFICIS.

*Huic accedit*

GENEALOGIA  
Imperatorum è Domibus Au-  
striaca, & Ottomannica;

*nec nota*

Potentissimi Principis Presbyteri Ioannis,  
omniumq; Cæsarum & Electorum S.R.I.

AUTHORE

*Adm. Rev. Nob. Clariss. & Consultissimo*

D. HERM. VVESSELINGIO I.U.D.

Cathed. Ecclesiæ vet. S. Pauli, & ad S. Martinum Monasterii,  
nec non Borkenæ ad S. Remigium quond. Canonico, nunc C.D.

*Coll. Societ. (†) Jesu Paderbornæ*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud JODOCUM KALCOVIUM Bibliopolam.

M. DC. LXII.

*Cum permissu Superiorum.*



TRISTITIA

IVRIBIO POLI...

DE...

ROM...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...



ILLVSTRISS. ET REVERENDISSIMO

PRINCIPI ac DOMINO

D. MARCO GALLIO,

CATHEDRALIS ECCLESIAE ARIMINENSIS

E P I S C O P O,

Ex Ducibus Albeti, & Atinæ Comitibus  
trium plebium Superiorum in  
lacu Comensi, &c.

Sanctissimi Domini Nostri *ALEXAN-*  
*DRI PAPAE VII.* Prælato domestico,  
& Assistenti, ejusdemque ac Sanctæ Se-  
dis Apostolicæ ad Tractum Rheni, alias-  
que inferioris Germaniæ partes cum  
potestate Legati de Latere  
Nuncio Apostolico, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

**R**odit in medium Illne & Rme  
Princeps, Tractatus Iuridico-  
Politicus, de Maiestate ac po-  
testate Rom. Pontificis, Clarissimi  
Viri Doctoris *VVesselingii* Cathedralis Ec-  
clesiæ

\* 2

clesiæ



DEDICATIO.

clesia vet. S. Pauli, & S. Martini apud  
 Monasterienses quondam Canonici, nunc  
 Carmelita Discalceati, &c.

Causas vero, cur hoc VVesselingianum  
 opusculum Illustrissimo nomini Tuo inscribere  
 voluerim, nemo, qui Celsissima indolis tuae  
 progressionem iam inde à primo adventus,  
 seu missionis Tuae limine perspectam habuit,  
 vel ante hac publica fama cognovit, iure mi-  
 rari poterit: Quemadmodum enim nullius  
 artis studium, testante idipsum ipso rerum  
 usu, & tota doctissimorum virorum phalange  
 ullum mortalium magis, quam viros Princi-  
 pes, & Magnates condecet. Ita publice testa-  
 tum est, & notum, Illustrissimam Celsitudi-  
 nem Tuam iam tum cum ex ephebis Illustrissi-  
 morum Parentum Tuorum Ducum, & Comi-  
 tum excessisset, praeter alia Principe viro di-  
 gna exercitia nulli rei studiosius, quam sa-  
 pientia nomica oblectationi, & regiminis pu-  
 blici studiis operam dedisse, atque etiamnum  
 deditam esse, & summo conatu invigilare,  
 dum Summi Pontificis, cuius Maiestatem,  
 & potestatem hic liber pro aris, & focus tue-  
 tur, augustam personam sustines. Quae sane  
 prima eademque maxima dedicationis meae  
 causa



DEDICATIO.

causa esse debuit. Altera est, quod Ill<sup>na</sup> C. T. amplas ditiones, & primaria Ecclesiarum, & iurisdictionum gubernacula à S. Sede Apostolica per Sacrum Romanum Imperium in his Germania partibus suscepit, ita hac quoque parte nominis Tui fama huius operis editionem, dedicationem, patrociniumque suo quasi iure sibi deponere visa fuit, Ideoque spero, & certo confido, quod nominis Tui fulgor Zoilorum criminationes facile oppressura sit, nosque illi ipsi Aristarchi hoc libentius intactos relinquent, quod hanc editionem publica utilitatis causa ab authore compilatam typis demandaverimus. Quod si nec hoc quidem benigno animo ferre poterunt, (quemadmodum Zoilis proprium est aliena potius carpere, quam propria prestare) satis superque ab hac livida turba tuti erimus, si modo sub Ill<sup>no</sup> Tuo scuto, & patrocinio nobis latere liceat. Dignetur itaque Tua Ill<sup>na</sup> Celsitudo hanc pro S. Sede Apostolica, Tuamque excelsa familia admittere, ac me una cum authore, imo Tuorum clietum albo adscribere. Hac spe freti Principem Summorum Pontificum, ac Legatorum eius Christum rogamus, ut T. C. nobis quam diutissime servet incolumem, ac



DEDICATIO.

*bene de Ecclesia Dei, ac S. Sede Apostolica me-  
rentem eternum beet. Dabam Colonia  
Agrippina anno virginiei partus 1662. Calen-  
dis Iunii.*

Illmæ & Revmæ Celsitudinis Tuæ,  
& S. Sedis Apostolicæ obedien-  
tissimus cliens

JODOCUS KALCOVIUS  
Bibliopol. Colon.

AD



**A**metſi ſecundum DD. inſtar  
 Sacrilegii ſit, de Summi Princi-  
 pis, id eſt, Cæſaris poteſtate diſ-  
 putare, *l. 2. C. de crim. Sacrileg.*  
 Summiſque Romani Pontificis,  
 Chriſti Dei noſtri legitimi in terris Vicarii,  
 qui uſque ad animam, & ſanguinem legem  
 divinam, & Eccleſiam defendendam ſuſ-  
 cepit, præ eminentiam, ſuperioritatem, &  
 authoritatem vocare in dubium pluſquam  
 Sacrilegium, *c. ſunt quidam, 35. q. 1. l. à iudi-*  
*ce, 5. C. de iud.* Quia tamen eo malitiæ ſuc-  
 crevit humana temeritas, quod nonnulli  
 diſcoli, veneri, & ventri dediti Papo-  
 Maſtyges, quos Imperator ab Imperio proſſi-  
 gavit, & igni, & aqua interdixit, privatam,  
 & principatum Papæ Sacrilego ore, dente,  
 que theonino, ac publicis famoſis, injurio-  
 ſis ſcriptis convellere, atque contemerare  
 uſque in hodiernum diem non vereantur.

Paucula in hoc tractatu de ſummo illo  
 Principe, Domno Apoſtolico, cujus eſt  
 brachium, & potentia in Vicariatu magni  
 Dei noſtri conſiſtens, cujus in nomine  
 Thabor, & Hermon exultant. Cujus in ac-  
 ceſſu abyſſus frontem caperat ex jure Cæ-  
 ſareo

P. 11

9.



A D L E C T O R E M,

fareo placuit delibare ad confirmandam  
veritatem eorum, qui ex meris Canonum  
decretis processerunt, in confusionem ve-  
rò eorum, qui velut insensati propter sce-  
lera, & delicta ab Ecclesia Dei per publica  
Romanorum Pontificum, & Imperato-  
rum decreta segregati, ac profligati hunc  
verticem montium tumido invidiæ, vin-  
dictæ, ac mendacii turbine conquassare  
non erubescunt, sed

*Frustra nituntur navem submergere Petri,  
Fluctuat, ast nunquam desinet esse ratis.*

Idque contestatur Sacratissimus Impera-  
tor Justinianus primus, qui circa annum  
Domini 290. Usque ad annum 337. floruit,  
lætaturque mirum in modum, ut infra pa-  
tebit, se iis temporibus ad defendendam  
Sacro-Sanctam Romanam Ecclesiam,  
ejusque Pontificem à Deo Optimo Max.  
ad Imperium vocatum esse, quo potentia  
armorum nefarios hæreticorum conatus  
reprimere potuit. Vale, & quod scriptum  
est, æqui bonique consule,

D. VVESSE.



I  
D. WESSELINGII  
TRACTATUS  
IURIDICO-  
POLITICVS.

De Iure Majestatis Romani  
Pontificis, Domum Austria-  
cæ & Ottomannicæ, &c.

CAPUT I.

*De Nomine, & Titulis Papæ.*



Ocem *Papa* Patrem significa-  
re, ex Suida in *Aurifodin. no-*  
*stra iur. publ. verb. Papa, p. 1330.*

Luculenter ostendimus,  $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\varsigma$   
 $\pi\alpha\varsigma$  quippe Patrem denotat, &  
tribuebatur olim Episcopis omnibus: sic  
S. Hieronymus S. Augustinum in omni-  
bus Epistolis *Papam* vocat, Gothofred.  
*in Novell. 123. cap. 3. & in l. cognoscere, 7.*

A

170



*in verb. Sanctissimo Papa, &c. Cod. de Summ. Trinit.* Sed per ἀπονομασίαν soli Romano Proto - Episcopo tribui solebat, etiam ab Episcopis ipsis, & Conciliis, cum ipse tamen vicissim neminem sic, sed filios, aut fratres appellaret omnes, *leg. inter claras, Cod. de Summ. Trinit. Concil. Chalcedon. Act. 16. Beatissimus, & Apostolicus vir Papa hoc nobis praecepit.* Sic Stephanus Archiepiscopus Carthaginensis nomine trium Conciliorum Africae Epistolam scribens, ait: *Beatissimo Domino Nostro Clementissimo, & Apostolico culmine sublimato Sancto Patri Patrum Damaso Papa, & Summo omnium Praesulum Praesuli, &c.* Summo itaque Pontifici rectè scribitur: *Beatissimo, ac Sanctissimo Archiepiscopo, & Patriarchae almae Urbis Romae, vel, Sanctissimo Domino Papa, vel Beatissime Pater, &c.* Textus est *in d. l. inter claras, 8. §. reddentes, & d. l. cognoscere, 7. in princ. C. de Summ. Trinit. & in Novell. 9. in inscript. & Novell. 131. de Ecclesiast. tit. cap. 2. & 3.* Ubi Imperator Summum Pontificem Romanum nominat *Sanctissimum, & Archiepiscopum Constantinopolitanum Beatissimum*, quae quantum distinguantur,



quantur, vide apud *Theologos*. Et licet Sum. Pontifex seipsum simpliciter tantum nominet *Episcopum Urbis Romæ*, ut est in *d. inscript. l. inter claras*. Quamvis in Ecclesia sint dignitates Episcopatu majores, tamen quia in Ecclesia sunt 9. Ordines, 23. *dist. c. Episcopus*, & *cc. seq.* (Licet secundum *Theologos* sint 7. qui Episcopatum & Psalmistatum omittunt) & inter istos 9. Ordines Episcopatus sit major: Ideò Papa non à dignitate, sed ab ordine majori volens vocat se *Episcopum*. Ita Joan. Andr. in *princ. lib. 6.* & alii.

Olim Papa Fratres habuit viros Sanctissimos & Co-Episcopos, ut est text. in *d. l. inter claras*. Quales vocantur ibidem *Episcopi Hypatius*, atque *Demetrius*, per quos Catholicissimus Princeps Imp. Justinianus confessionem fidei suæ proprio chirographo Joanni Papæ II. transmisit, sicut & munera, scyphos, Calices, palliola, &c. De quibus vide in *Aurifod. nostra d. loc.*

Hodie post Sanctissimum Papam sunt Cardinales, qui suam dignitatem mutuaverunt à Chori-Episcopis, & inter Eminentissimos & Serenissimos Principes numerantur, utpote in quibus resideat tota ferè



## 4 DE JURE MAIESTATIS

majestas Christianæ Reipub. Hos æquant  
Præfectis Prætorio, Accurs. & Bart. in l. 10  
ff. de Offic. Præfect. Prator. Alber. in rubr.  
de stat. homin. Regibus, Clarus lib. 5. sen-  
tent. §. ult. q. 98. n. 5. Gothofred. in l. om-  
nem, 42. §. praterea, C. de Episc. & Cler. &  
in Aurifod. iur. publ. verb. Papa, verb. Rom  
Pontif. pag. 1557.

## CAP. II.

## De N omine Pontificis.

**P**ontifex dicitur à *Ponte* apud Marc.  
Varronem lib. 4. de legib. Quod scilicet  
Pontem faciat, id est, vitam ostendat aliis  
bono exemplo vitæ, & doctrinæ, c. inter.  
de offic. iud. ord. Quia est Ephorus, & Ca-  
put omnium Ecclesiarum, & Pons Uni-  
versi Orbis, per quem omnes transire, id  
id est, quem omnes amplecti debent, qui  
vitam supernam habere desiderant, c. cum-  
sta per mundum, & c. seq. c. nemo, q. 3. c. 22.  
dist. 22. Cui omnes parere necesse est, c. 1.  
dist. 93. Sicut enim Sol (ait Bald.) se habet  
in Planetis, ita Papa se habet in Ecclesiis.  
Hinc potentissimi Principis nomen sorti-  
tus



tus est, & vocatur *Universalis Ecclesie Re-*  
*ctor, Vicarius Christi, cuius est terra, & ple-*  
*nitudo Orbis terrarum;* Et omnes dignita-  
 tes in eo sunt, sicut in Imperatore, Bald.  
*consil. 328. n. 11. lib. 1.* Quia dicitur habere  
 Regnum Urbis, & Orbis, & facit idem  
 cum Deo consistorium, Bald. *consil. 388.*  
*lib. 4.* Et dicitur *Summus Pontifex,* quia  
 est supremus, & primus super omnes mor-  
 tales, omnes iudicat, & à nemine iudica-  
 tur, *c. si Papa, 40. dist. Jul. Clar. in §. fin. q. 35.*  
 Est Pater omnium fidelium, & Deus in  
 terris dicitur. Unde rectè osculatur in pe-  
 de ob reverentiam, & obedientiam ipsi de-  
 bitam: Nam si Princeps Catholicus, qui  
 humanis præsudet, hic in terris adorandus,  
*l. 1. C. de Præposit. Sacr. Cubicul. l. 1. Cod. de*  
*appar. Præfect. urb. l. 1. C. de silent. & decur.*  
 Cur non Summus in terris Pontifex, qui  
 divinis ministrat, & Principe superior,  
*Novell. 6. in princ.* Reverenter exoscu-  
 landus? Vel si jure Civili purpura Princi-  
 pis venit adoranda, *l. 4. C. de cons.* Purpu-  
 ram, aut pedem Romani Pontificis nihil  
 obstat, quominus adoremus. Quia reve-  
 rentia facta Papæ, fit Deo, cuius est Vica-  
 rius, Jason. *in l. 1. col. 2. ff. de fer. per l. nota*



*distinguiamus, §. Sacerdotio, 4. ff. de recept. arbitr. Id enim, ait textus, non tantum honori personarum, sed & Maiestati Dei indulgetur, cuius Sacris vacare Sacerdotes oportet.*

Quinimò reverentia facta Sedi Apostolica fit ad honorem Omnipotentis, *Novell. 9.* Nec passim omnibus promiscuè salutandi licentia permessa, arg. *l. 2. 4. & 5. C. de proxim. Sacror. scrip.* Postremò Præfecti Prætorio osculabantur à domesticis & protectoribus Principum, *l. 1. Cod. de domest. & protect.* Cur istum honorem, ait Rintel. Successori Petri, ac Vicario Summi Præfecti Prætorio denegaremus? Adorare tamen hic improprie ponitur pro exhibitione reverentiæ: Principes quippe adorantur, & salutantur alii, ut Comites, Barones, &c. Unde Accursius concludit, *in d. l. 1. C. de domest. & protect.* Papam, ut Summum Pontificem, Vicarium Dei, ac Regum Principem rectè osculari in pede. Hanc materiam fusiùs vide *in Aurifod. iur. publ. verb. Papa, pag. 1325. & verb. Romanus Pontif. pag. 1557. & seqq.*



## C A P. III.

*De Electione Papæ.*

**F**Ranc. Marc. *dec. 934.* refert, Papam à principio ab Imperatoribus eligi solitum, sed hoc non apparet: Nam B. Petrus Apostolorum Princeps, ac primus Pontif. sibi *Clementem de Monte Calio* elegit successorem, qui præ modestia voluit *Linum*, & deinde *Cletum* sibi præferri, adeò, quod quarto loco post Cletum habuerit Pontificatum, nisi de Ethnicis Pontificibus loqui velit, quales fuere Caiphaz, Annas, & similes. Postea verò diversis modis mutatio facta est ex Edicto Bonifacii II. qui statuit successorem sibi eligere non posse, & Pontificem intra triduum eligi debere post mortem alterius, Franc. Marc. *d. decis. 394.*

Post hæc successivè electio facta fuit à Clero, & aliis ordinatis in urbe usque ad tempus S. Sylvestri: Nam Pontifices creabant Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, & deinde alii Ordines fuerunt distincti per Cajum, qui fuit XXVII. Papa, & sic continuatum est usque ad Sylvestrum Papam, qui fuit in ordine XXXIII. Cui Constantinus



tinus Imp. donavit urbem, Italiam, & Provincias multas, de quibus infra, ut tanquam Vicarius Christi Dominator existeret Ecclesiarum, & Sylvestro successit *Marcus*. Donatâ Ecclesiâ, & mortuo Constantino Constantius Constantini filius favens Arianis cœpit relegare Julium Papam, qui successit Marco, & Liberium, qui successit Julio, & factum est Schisma, quia Arianipulsi Liberio, eligerunt Felicem Presbyterum, qui cum esset inimicus, occiditur, & Liberius ab exilio revocatur, cui Liberio successit Damasus magnâ controversiâ; Quia nedum suffragiis, sed armis usi sunt Electores, procurante Urcisinio Diacono; quo Urcisinio ejecto, idem Damasus Pontifex à Clero, & populo Romano eligitur in Concordia, qui Liberius in ordine fuit Papa XXXVII.

Postea Adrianus II. revocat, & mandat, quod Laici, & Principes se non intromittant, *63. dist. c. Adrian. PP. II.*

Post hunc Clerus Romanus elegit Bonifacium I. Alii diversæ factionis elegerunt Eulalium, Honorius Imp. ambos ejecit, deinde Bonifacium admisit, qui est in ordine XLI. Item Sylverio creato per Clerum

rum



rum Romanum favore Theodati Regis Ostrogothorum regnantis in Italia, Iustinianus Imperator mittit in Italiam Belisarium cum exercitu contra Theodatum Regem, & Theodora uxor Constantini Imp. Sylverium exulare compellit, quia noluit hæreticum remittere, jubetque Augusta, ut alium Belisarius loco Sylverii subroget; idem Augusta procurat Vigilio successori: Pelagius quoque electus sine auctoritate Imperatoris misit Gregorium Monachum ad Imperatorem Constantinopolitanum iratum hac de re, qui reconciliatus fuit. Conon etiam eligitur in discordia inter Romanos, & exercitum Imperatoris; Adrianus Papa I. creat Carolum Magnum Francorum Regem natione, & educatione Germanum, Imperatorem acclamante populo Romano, cui Carolo ex decreto Concilii contulit jus eligendi Papam, *d. dist. 63. c. Adrianus*. Solvebatur quippe quædam pecunia Imperio Constantinopolis pro ordine Papæ, *cap. Agatho, dist. 63.* Idem fecit Leo VIII. verius Othonem I. Imp. *cap. in Synodo, dist. 63.* Quia Leo creatus ab Othone vivente Ioanne non admittitur à Romanis,

A s

qui



qui eligunt Benedictum, & Otho, capto Benedicto obtinet Leonem admitti: Rur-  
 sus Henricus II. compellit Romanos ju-  
 rare non interesse electioni Pontificis, nisi  
 cogerentur jussu Imperatoris, ut inquit  
 gloss. *in d. c. in Synodo, vers. affici.* Quæ ta-  
 men addit, Imperatores renunciassè pri-  
 vilegio, & per abusum privatos fuisse.  
 Adrianus II. statuit, ut diximus, quod  
 Laici nullo modo in electione Papæ se in-  
 tromitterent, sed soli Clerici, etiam si Lai-  
 ci S. Rom. Imp. Principes forent, ut *in d. c.*  
*Adrianus Papa II. dist. 63.* Qui fuit An-  
 no 869. Adrianus verò III. statuit, ad Cle-  
 rum, Senatum, populumque Rom. electio-  
 nem Papæ spectare, non expectata post  
 hac auctoritate Imperatoris, ut in Histor.  
 & *in Aurisod. nostra* traditur. Et licet ad  
 tollenda scandala electioni, & coronatio-  
 ni deberent adesse Ambasciatores Impe-  
 ratoris, & Principum, stante consuetudi-  
 ne *in c. quia sancta, 63. dist.* Tamen ne jus  
 istud induceretur continuatum, etiam si si-  
 ne illis factæ sunt electiones, & coronatio-  
 nes non vocatis Ambasciatoribus, *d. c. cum*  
*Adrianus, dist. 63.* Imò Henr. I. & Otho I.  
 expresse huic juri renunciarunt, *cap. con-*  
*stitutio.*



*stitutio, ead. distinct.* Symmachus in con-  
 troversia Cleri, & populi Romani eligitur  
 Papa, alia pars Cleri, & populi eligunt  
 Laurentium coacto Concilio Ravennæ,  
 ubi fuit Theodoricus Gothorum Rex, Ita-  
 liæ Præses: Symmachus Papa declaratur,  
 & est in ordine LI. Eadem discordia ite-  
 rum pars Cleri & populi elegit Bonifa-  
 cium II. alia Dioscorum, qui moritur in-  
 tra 28. dies, & solus Bonifacius præsidet.  
 Tandem, ut videre est in *Aurifod. iur.*  
*publ. verb. Electio, pag 403. & seqq.* Mor-  
 tuo Alexandro II. Papa, Cardinales  
 ingrediuntur Conclave, & eligunt Gre-  
 gorium VII. Anno 1075. cui Henricus  
 III. Rex Rom. assensit, & rursus Pascha-  
 sius eligitur, petente populo, eligente  
 Clero cum cœtu Cardinalium. Anno  
 autem 1079. Mense Aprili Nicolaus Pa-  
 pa II. sanxit, electionem Papæ ad so-  
 los Cardinales viros Eminentissimos, no-  
 bilitate, scientia, & rerum usu sublimatos  
 pertinere, *cap. in nomine Domini, dist. 23.*  
 Vbi ad Episcopos Cardinales spectat tra-  
 ctare de provisione S. Sedis, ita ut ele-  
 ctio Papæ sit data Cardinalibus, ne-  
 dum in casu naturalis mortis Papæ,  
 sed



sed etiam ob casum privationis ob hæresin, & mortis civilis, vigente, & aperto Concilio Generali, quia non spectat electio ad Concilium, sed ad Cardinales, 76. dist. per tot. & c. oportebat, 79. dist. Vivente tamen Papa non potest aliquis eo inconsulto tractare de successore, neque vota promittere, neque subscriptiones accommodare, perinde ut in Rege Romanorum, qui sine Imperatoris consensu eligi non debet, aliàs privatur dignitate & Communionem, c. si quis Papa, 79. dist. Cum itaque electio per Cardinales fieri debeat, necesse est, ut fiat per duas partes ex tribus Concordes, aliàs electio non valet, textus est in cap. licet devitanda, de elect. Quod est speciale in electione Romani Pontificis, quia recursus ad Superiorem haberi non potest. Pertinet itaque electio ad Cardinales, sive vacet Sedes per mortem Papæ, sive per renunciationem, sive per depositionem ob crimen hæresis, Franc. Marc. decis. 940. in fin. Quamvis contrarium teneant Abbas & Dec. in d. cap. licet, n. 34. de elect. Quod quando per depositionem vacat, electio spectat ad Concilium Generale, cujus est de depositione cognoscere.

Sed



Sed malè, ut patet in *Aurifod. nostra, p. 405.*  
Ubi electio ritè depromitur.

Modus eligendi Summum Pontificem talis servari solet: Mortuo Papa expectantur Cardinales absentes per 10. dies, quibus expletis intrant Conclave, nempe in Palatio, in quo mortuus Papa habitabat, *c. ubi periculum, in princ. §. 1. de elect. in 6.* Et est in Generale Concil. Lugdun.

Idem statuit Pius IV. & mandat, per 9. dies exequias compleri, & expensas fune- ris compensari, ne excedat decimum. Ser- vitorem unum duntaxat quilibet Cardi- nalis secum inducit, ex necessitate tamen duos admittere possunt, *dict. c. ubi, §. 1. de elect. in 6.*

Hodie ex Bulla Pii IV. quilibet habet duos servitores, & ex causa infirmitatis tres, *d. c. ubi, in verb. necessitas.*

Si Papa extra Romanam urbem obierit, ibi fit Conclave, ubi mortuus est Papa, in Palatio Episcopali, vel alia assignanda, nisi civitas sit interdicta, vel rebellis. Quo casu in viciniore omnia servantur, *d. c. ubi periculum, de elect. in 6.* Nisi Papa aliter disposuerit, *Clement. ne Romani, de elect. §. sani.* Electio debet perfici 3. diebus, qui- bus

P. II

9.



bus elapsis inter alios 5. unico ferculo sint contenti, lapsis omnibus diebus 8. panis, vinum, & aqua duntaxat ministratur, *d. c. ubi, §. 1. vers. in Conclavi, de elect. in 6.* Excommunicati etiam admittuntur, *d. Clem. ne Romani, §. penult. de elect.* Infirmi possunt exire, & sanati redire, prout etiam illi, qui post 10. dies venerint, admittendi sunt, *d. c. ubi, §. 1. vers. sanè si aliquis.* Si omnes infirmarentur, possent omnes exire, & sani facti reintrare compelluntur, & perficient electionem in statu, in quo erat, *d. Clem. ne Romani.* De rebus Papæ, vel Ecclesiæ nihil possunt disponere, nisi ex necessitate, *d. c. ubi, §. 1. vers. idem quoque.* Contrarium statuit *d. Clem. ne Romani.* Ubi circa Camerarium deficientem, & Pœnitentiarios potest cœtus Illustrissimorum Principum Cardinalium alios constituere.

Multa sunt specialia in electione Papæ.  
 1. Quod non sufficit major pars, sed duæ partes ex tribus debet concurrere. 2. Quod in electione Papæ non habetur ratio meriti, sed solus numerus attenditur duarum partium, ex quo non sufficit major pars. 3. Quod electus in Papam potest accedere ad seipsum, & auget numerum. Si verò  
 scruti-



scrutinium sit publicatum, sive alteri vo-  
cem dederit, sive non, non admittitur in  
aliis. Quia non potest accedere sibi, quando  
per viam scrutinii, neque quando alteri  
votum dedit, sed solùm, quando per viam  
compromissi, & alteri votum non dederit.

4. Quod in electione Papæ datur accessus,  
& variatio Cardinalium, quia possunt illi  
de numero majori accedere electo à mi-  
nori parte, etiam ab uno solo. Et valet ac-  
cessus, quando duo concurrunt, quod nul-  
la electio est valida, si duæ partes ex tribus  
non concurrerent, & electus à minori par-  
te non acceptaverit, & se gesserit pro Papa,  
quia tunc sibi accedi non potest. Secus est  
in aliis electionibus, quia nunquam datur  
accessus, nisi quando minor pars accedit  
majori. 5. Si electio fiat de indigno etiam  
à majori parte, illi privantur facultate eli-  
gendi, & jus competit minori parti, quæ  
non elegit indignum: Secus est in Cardi-  
nalibus, qui non privantur, etiam si indi-  
gnum eligant, sed omnes iterum eligunt.  
De hac materia, prout & de electione Epi-  
scoporum, &c. Vide *Aurifod. nostram,*  
*verb. Electio, pag 409.*



## CAP. IV.

*De Consecratione Papæ.*

SUMMUS Pontifex, postquam à Serenissimis, & Illustrissimis Cardinalibus Canonicè electus est, consecratur ab Eminentissimo Principe Episcopo Ostiensi Patriarcha Campaniæ, non ab aliis Episcopis, vel Patriarchis, sed nec ex ullius delegatione: quia Episcopus Ostiensis hanc auctoritatem, quam ei solus Rom. Pontifex concedit, alteri delegare non potest.

Licet enim Episcopus ea, quæ jurisdictionis sunt, inferiori demandare possit, non tamen ea, quæ ordinis altioris sunt, inferioris gradus Clericis committere permittitur, Abb. *in c. fin. de Cler. agrot. & c. penult. ext. eod.*

Forma consecrandi Pontifices, & Imp. habetur *in c. un. ext. de Sacr. Vnct.* De hac materia, vide *Aurifod. nostram, verb. Consecratio, pag. 242.*

CAP.



## CAP. V.

*De Primatu, & Principatu  
Summi Pontificis.*

Cum apud Romanam Ecclesiam Summus resideat Pontificatus apex, ut ait text. *in Novell. ut etiam Rom. Eccles. in princ.* Cui rectè præest Summus Pontifex Papa Romanus, *l. cunctos, i. Cod. de Summ. Trin.* Qui primus est, & Caput omnium Sanctissimorum Dei Sacerdotum, text. *in l. cognoscere, 7. in princ. C. de Summ. Trinit. & in l. inter claras, 8. §. reddentes, in verb. Vestra Sanctitati, quæ est Caput omnium Sanctarum Ecclesiarum, Cod. eod. & Novell. Constit. 131. c. 1. de Ecclesiast. titul.* Ubi ait, *Secundum Sacrorum Conciliorum Sanctas definitiones Sanctissimum Senioris Romæ Papam primum esse omnium Sacerdotum, Beatissimum autem Archiepiscopum Constantinopolios Novæ Romæ secundum habere locum post Sanctam Senioris Romæ Apostolicam Sedem: Aliis verò omnibus Sedibus præponi, ut Hierosolymitano, Novell. 40. & 120. cap. 9. Antiocheno, Alexandrino, primæ*

B

Iusti-



Justinianæ, & Episcopo Carthagenensi,  
*d. Novell. 131. cap. 3. & 4. cum Novell. 6. in  
 princ.* Et verus Divi Petri successor, arg.  
*d. l. cunctos, 1. & d. l. inter claras, 8. & No-  
 vell. 9. August. Epist. 165.* Modernus nam-  
 que Summus Pontifex Alex. VII. ean-  
 dem etiamnum hodie occupat veneran-  
 dam Sedem Romæ, quam olim possedit  
 Divus Petrus, Damasus, qui Cathedram  
 Ecclesiæ Romanæ ascendit Anno 388. &  
 sedit annos 18. mense 1. dies 10. Papa Joan-  
 nes II. *l. inter claras, 8. in inscript. C. eod.*  
 Qui cœcum illuminavit, Greg. *lib. 3. Dial.  
 cap. 2.* Pontifex Agapetus, *Novell. 42. de de-  
 posit. Anthimi, & Severi, in princ.* Qui  
 claudum & mutum administratione cor-  
 poris Christianavit, Greg. *3. Dial. c. 3.* Pa-  
 pa Vigilius, *Novell. 131. de Ecclesiast. tit.  
 c. 3.* Qui ascendit Cathedram Episcopalem  
 60. Anno 533. seditque annos 18. &c. Sicut  
 enim unus est Proconsulatus, licet succes-  
 sive plures sint Proconsules, *l. meminisse, 10.  
 ff. de offic. Proconsul. leg.* Sic eodem modo  
 veneranda Sedes Summi Apostoli, ac  
 Pontificis Petri unum habet Primatum.  
 unum quidem, & supremum Pontifica-  
 tum, *d. Novell. 9.* Licet successores sint  
 plures,



plures, quorum unum tantum Reipub. Christianæ præesse necesse est, text. elegans in arg. *in l. necessarium, 2. §. novissime ff. de orig. iur.*

Ex quo textu plæclare evincitur, nullum Imperium esse firmitus, quàm quod per unum Monarcham regitur, &c. Ut igitur legum originem anterior Roma sortita est, ita & Summi Pontificatus apicem apud hanc Romanam Ecclesiam esse, text. *in dict. Novell. ut etiam Rom. Eccles.* Et *Novell. apud Holoand. 42. cap. 2.* Et inviolatum manere nemo dubitabit, *leg. cum re-cta, 5. Cod. de Summ. Trinit.* Cum doctrina non possit, Summum Pontificem à more majorum, seu prædecessorum vel latum unguem discrepare, sed fidei, veritati, atque juri consentaneum est hanc potestatem gladii, & clavium Petro, ejusque successoribus traditam esse à Deo: Nec ideò minus valet hæc traditio, quod instrumenta non intervenissent, *leg. 2. Cod. de acquir. & retinend. possess.* Et gloss. *in l. quotiens, C. de rei vend.* Nam patientia non solum inducit præsumptionem consensus, sed etiam inducit præsumptionem

P. II

9.



veritatis, atque solemnitatis, *l. 1. C. de pat. potest.* Ea autem potestas à *S. Petro ad Alexandrum VII.* Pontificem Max. non solum longissima, sed multorum seculorum præscriptione continua seriè effectum possessionis jure optimo sortita est, *l. 2. Cod. de præscript. long. temp. 10. vel 20. annor.* Eam quoque possessionem integram conservabit, quamdiu Spiritus *S. Ecclesiæ* à Christo promissus est, nempè usque ad consummationem hujus Mundi, etiam in inferorum portis, neque minus juris habet potestremus Petri successor, qui nunc est *Alexand. VII.* atque primus, qui *Linus* erat, *Cletus, Clemens, & alii.*

Nam præscriptio, quæ tuetur Auctoritatem, ejus quoque successionem defendit, *l. 1. C. ne de statu defunct. post quinquen. quer.* Et infra, ubi patet, Romanum Pontificem Petro succedere in Episcopatu Romano, & etiam tum jure divino, tum jure successionis in Ecclesiastica Monarchia: Nam Ecclesia est una, & eadem omni tempore; Regiminis itaque forma, quæ est etiam forma Reipub. & Civitatis, mutari non debet. Quare si Apostolorum tempore unus erat Supremus Rector, & Caput Ecclesiæ,  
hoc



hoc etiam tempore esse debet, & usque ad finem Mundi. Quia officium Pastoris est officium ordinarium, & perpetuum, siquidem ex natura rei tamdiu Pastoris officium durare debet, quamdiu manet ovile. Ovi-  
le autem manet usque ad finem Mundi, ut supra. Igitur eò usque successores Petri in Summo isto Pastoralis officio manere necesse est. Et meritò successio in Sede Petri, primi ac Summi Christianorum Pontificis conservari debet, haud secus, quàm in Veteri Testamento Summorum Pontificum successio erat. Ubi constat *Num. 20. & Iud. 20.* Quod Aaroni successerit Eleazarus, & huic Phinees. Et ex Conciliis Romani Pontificis Primatus eruitur: Ait enim Nicænum Concilium *Can. 6. vers. Mos antiquus perduret in Aegypto, vel Lybia, & Pentapoli, &c.* Secundum Concilium Generale in *Epist. ad Damasum* dicit se convenisse apud urbem Constantinopolim ex Mandato literarum Pontificis per Imperatorem ad se missarum, ubi fateatur Rom. Ecclesiam Caput esse, se autem membra duntaxat.

Tertium Concilium dicit se deponere Nestorium ex Mandato literarum Coelestini



ftini Papæ. Et in Epist. ad eundem Cœlestinum idem Concilium scribit, se causam Joannis Patriarchæ Antiocheni, quæ magis dubia erat, quàm causa Nestorii, non fuisse ausum judicare, sed ipsius Cœlestini judicio reservasse, quæ omnia perspicuè supremam Romani Pontificis auctoritatem indicant, & primatum.

Concilium Chalcedonense *Act. 1. 2. & 3.* passim vocat Leonem Universalis Ecclesiæ Pontificem, cui vineæ custodia à Salvatore commissa est, *Aurifod. verb. Papa.*

Concil. Constantinopolitanum *Act. 4.* per Mennam Patriarcham Concilii Præsidem ita loquitur: *Nos, inquit, Apostolicam Sedem sequimur, & obedimus, &c.*

Concilium Lateranense sub Innocentio III. in quo Græci, & Latini interfuerunt, *cap. 3. Romana, inquit, Ecclesia, dissonante Domino, super omnes alias ordinaria potestatis obtinet Principatum, utpote Mater universorum Christi fidelium, & Magistra.*

Concilium Lugdunense Generale sub Gregorio X. de quo *in cap. periculum, de elect.*



*elect. in 6. Vocat Romanum Episcopum Vicarium Christi, Successorem Petri, Rectorem Vniuersalis Ecclesie.*

Concilium Florentinum Græcis, & Latinis consentientibus, ita statuit: *Definimus, Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in Vniuersum Orbem tenere Primatum, & ipsum Romanum Pontificem Successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesie Caput, & omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere, & ipsi in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi Vniuersalem Ecclesiam à D. N. I. C. plenam potestatem traditam esse.*

Idem apparet in Concil. Trident. *sess. 14. cap. 7. Non autem ab Imp. Constantino & Phoca. Etsi enim Constantinus Magnus multa bona Summo Pontifici donauerit, quod Carer. lib. 1. cap. 9. de potest. Roman. Pontif. potius, quæ à Rom. Pontifice abstulerat, restituisse probat, ditionem tamen spiritualement nec dedit ullam, neque dare potuit, d. c. Constantinus. 96. dist. Idem est de Phoca, qui licet*



ediderit sanctionem, qua declaravit Romanam Ecclesiam caput esse omnium Ecclesiarum, non tamen ideò hunc Primatum introduxit, quia Phocas id declarando, & ab Universo Orbe servari mandando, non instituendo aliquid novi sanxit. Causa autem cur Phocas rem tam certam iterum lege sua sancendam putaverit, fuit superbia Episcoporum Constantinopolis, qui teste Beda, se Patriarchas universales, & primos omnium Episcoporum de Mundo contra jus, & fas scribebant, nec debitum obsequium Romano Pontifici præstabant. Unde visum est Imperatori, ut ipse, quem Græci magis timebant, se interponeret, & declararet, Romanam Ecclesiam caput esse omnium Ecclesiarum, ac proinde Constantinopolitanum Episcopum non esse Episcopum universalem, sed particularem, Apostolicæque Sedi subjectum, sicut universi Christiani subjecti sunt, ut patet ex auctoritate leges ferendi, dispensandi, & puniendi, quam Romanus Pontifex in Ecclesiæ filios, quamvis maximos, nobilissimos, & potentissimos exercuit, nec non ex impotentia ab ejus sententia provocandi, seu appellandi, ut constat passim in corpore.

S. Gre.



P. II  
9.

S. Gregor. ad finem Epist. Si quis, inquit, Regum, Antistitum, Iudicum, vel quarumcunque personarum huius Apostolica auctoritatis nostra praeceptionis decreta violaverit, honore suo privetur. Aurifod. ver. Papa. S. Leo in extrema Epist. ad Episcopos Campania, Piceni, Tusciae. & per universas Provincias constitutos ita loquitur: Hac admonitio nostra denunciatur, quod si quis Fratrum contra haec constituta venerit, vel venire tentaverit, & prohibita fuerit ausus admittere, à suo se noverit officio submovendum. Et infra: Omnia decretalia constituta tam beatæ recordationis Innocentii, quam omnium Praedecessorum nostrorum, quae de Ecclesiasticis Ordinibus, & Canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, ut si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps noverit denegari, &c.

Et Hilarius Papa in Concilio Romano praesidens; Nulli, inquit, fas sit sine status sui periculo vel divinas Constitutiones, vel Apostolica Sedis decreta temerari, & plura alia, quae sequuntur.

Anastasius quoque junior Papa in Epistola ad Anastasium Augustum: Praeceptis, inquit,



inquit, *Apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ à S. Romana Ecclesia, & Apostolica auctoritate iussa sunt, salubriter impleantur, si eiusdem Sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis, &c.*

De dispensationibus exempla recentiora sunt infinita. Exemplum Vet. habemus in Epist. 1. Gelasii: *Necessaria, inquit, rerum dispositione coniungimur, & Apostolicæ Sedis moderamine convenimur, sic Canonum paternorum decreta librare, & retrò Præsulum, decessorumque Nostrorum præcepta metiri, ut quæ presentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxanda deponit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus, &c.*

Item Gregorius *lib. 12. Epist. 31.* Felici Episcopo Siciliae dicit, se dispensasse cum Anglis circa matrimonia in gradibus prohibitis. Et rursus cum Siculis, ut semel tantum in Anno Concilium celebrent, cum alioqui Regulæ præcipiant, bis in Anno Concilia celebrari, &c. *Aurifod. verb. Disp.*

De Censuris plurima sunt exempla in  
*Auri-*



*Aurifod. nostra.* Et quidem antiquissima: Nam Innocentius I. cum audivisset mortuum esse Chrysoftomum, Imperatorem Arcadium, & Eudoxiam ejus uxorem excommunicavit, qui eundem Chrysoftomum in suam Sedem, ut ipse Innocentius jusserat, restitui non permiserant. Idem Innocentius etiam Imperatores Constantinopolitanos, & Constantinopoli existentes excommunicavit, & usque ad paritionem detinuit, *Aurifod. ibidem.*

Deinde Gregorius IV. Leonem Imperatorem Græcum similiter excommunicavit, teste Zonara *in vit. Leon. Isauri.*

Nicolaus I. excommunicavit Lotharium Galliarum Regem, & Valdradam ejus concubinam, nec non Archiepiscopos Colonensem, & Trevirenses, &c. Vide *Aurifod. & Carer. d. lib. I. c. 10.*

Victor I. Papa Asianos nolentes acquiescere Decreto Pii I. ut Pascha non celebraretur cum Judæis 14. die mensis primi, sed Dominica sequente, excommunicavit, &c. Est ergo in potestate Ecclesiæ uterque gladius, spiritualis, & mater alis.

B 6

Sed



Sed is quidem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exercendus, ille Sacerdotis, hic manu Regum, & militum, sed ad nutum, & patientiam Sacerdotis, quia spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet, & judicare, si bona non fuerit, *cap. ad Apostolica, de sent. & re iud. & extravag. com. unam Sanctam, de maiorit. & obedient.* Et infra.

Ex jure denique Appellationum Romani Pontificis Ecclesiasticus Primatus sufficienter probatus est *in Aurifod. nostr. verb. Eccles. Roman.* Ubi patet, ex quavis orbis Christiani parte ad Romanum Pontificem legitimè provocari, ab ejus verò sententia nullam concedi appellationem: Summum enim Imperium penes eum esse constat, ad cujus Tribunal provocatur, Gelasius quippe in Epist. ad Faustum: *Ipsi, inquit, sunt Canones, qui appellationes totius Ecclesie apud huius Sedis examen voluere deferri, ab ipsa verò nusquam prorsus appellari sanxerunt.* Et in Epist. ad Episcopos Dardaniæ: *Ad illam, inquit, de qualibet Mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo est appellare permissus.* Vetera etiam eorum extant exempla, qui ad Summum



mum Pontificem appellarunt: Nam Pio I.  
 Pontifice Marcion excommunicatus ab  
 Episcopo suo in Ponto, Romam venit, ut  
 à Romana Ecclesia absolveretur, Epiphan.  
*heres. 42.* Idem fecerunt Fortunatus, & Fe-  
 lix in Africa, qui à Cypriano depositi Ro-  
 mam navigaverunt, atque ad Cornelium  
 Papam appellaverunt, Cyprian. *lib. 1. Ep. 4.*  
 Non diu post Basilides in Hispania depo-  
 situs ad Stephanum Pont. Max. appellavit.  
 Athanasius quoque ab Orientalibus depo-  
 situs ad Julium I. Pontificem appellavit, &  
 ab eo restitutus est, teste Sozomeno, *lib. 1.*  
*cap. 4.* Idem est de Chrysofomo à Theo-  
 philo deposito, qui ad Innocentium I. ap-  
 pellavit, Cyprian. *d. loc.*

Plura sunt in *Aurifod. nostr.* ex quibus  
 colligitur, quod cum appellationes totius  
 Ecclesiæ deferantur ad Papam, qui in ter-  
 ris nullum habet Superiorem, manife-  
 stumque sit, Concilium esse totam Eccle-  
 siam repræsentativè, utique à Concilio ad  
 Papam, non è converso, ne Schisma oria-  
 tur, appellari fatendum est. Et ideò perpe-  
 ram faciunt, qui à sententia Romani Pon-  
 tificis ad futurum Concilium appellant, ut  
 nonnullos Principes fecisse legitur, qui  
 cum



cum Ferrariensi bello à Sixto Pont. Max. Anathematis interdicto prohiberentur bellum prosequi, à sententia Papæ de consilio Jurisconsultorum Collegii Paduani appellarunt ad Concilium proximè futurum, ne ipsi eo Anathemate ligarentur. Quare jure optimo Pius II. constitutione in Mantuana Synodo lata, appellationes, & provocationes à Summo Pontifice ad futurum Concilium inanes, schismaticas, & erroneas esse fancivit: Quis enim illud non ridiculum judicaverit, quod ad id appellatur, quod nusquam est, neque scitur, quando futurum sit? Pauperes à potentibus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur adversus primam Sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis Ecclesiastica disciplina, & Hierarchicus ordo confunditur, ut ait *Carrer. lib. 1. cap. 10. de potestat. Roman. Pont.* Plura vide *in Aurifodin nostr. verb. Appellatio.*

CAP.



## CAP. VI.

*De Spirituali Iurisdictione Summi Pontif. eiusque Hierarchia.*

**P**ostquam Christus Salvator & Redemptor Noster in sua militanti Ecclesia hic in terris inter Ecclesiasticos diversa Ecclesiastica constituisset officia, eis ordine gradus usque ad supremum suas præfecit personas, quarum alter alteri immediate subordinatur; & dominium, ac Jurisdictio Ecclesiastica probatur *leg. Presbyteri, 8. §. ceteri verò Clerici, & l. sancimus, 53. §. ad hæc, & l. omnes, 33. & Auth. sed neque, Cod. de Episc. & Cler. Novell. 6. quom. oport. Episc. c. 1. Novell. 5. c. 8. & Novell. 123. c. 15.* Contra damnatos, & ab Ecclesia Dei segregatos hæreticos, qui nullos gradus, nullum Primatum, Principatum, vel dominium in Ecclesia admittunt, sed refutantur per *leg. inter claras, 8. §. cuius Principatum, Cod. de Summ. Trinit.* Ubi magna inter Sacerdotes, & Episcopos, Pastores, & Doctores est differentia. Sunt namque inter Ordines Minores, Cantores, five



sive Psalmistæ, Ostiarii, Lectores, Exorcistæ, & Acolythy, *l. Presbyteros, 6. Auth. interdiciamus, Auth. Presbyteros, C. de Episc. & Cler. in princ. Novell. 123. c. 19. Duaren. lib. I. de Sac. Eccles. Minist. c. 14.* Et inter majores Ordines, Diaconi, Hypodiaconi, Presbyteri, Episcopi, Metropolitanæ, sive Archiepiscopi, Patriarchæ, & Summus Pontifex cum Celsissimo coetu Cardinalium: Romano quippe Pontifici subsunt Patriarchæ, Patriarchis Metropolitanis, Metropolitanis Episcopi, Episcopis Presbyteri, & alii inferiores, *Novell. 9. in princ. l. inter claras, 8. §. reddentes, Cod. de Summ. Trinit. l. sancimus, 29. C. de Episc. audient. l. si quis, 49. C. de Episc. & Cleric. Novell. 5. in fin. Novell. 6. c. 2. & 3. Novell. 28. c. 2. Novell. 59. c. 4. Novell. 109. in princ. Nov. 123. c. 9. & 22. & c. 32. & 34. Novell. Const. 131. c. 3. & passim in toto Libro Novellarum.* Contrarius fuit Ulpianus *in l. Praeses, I. §. Medicos, 3. ff. de extraord. cognit.* Qui quia Ethnicus, & Antichristianus fuit, à Christi, ejusque Ecclesiæ traditionibus alienus, imò Christianam Religionem crudelissimè insectatus, *Coras. in Miscell. lib. 1, c. 10. num. 3, Lactant. lib. 5. de offic. Procons.*



*Prohem.* Meritò crimosos hæreticos Luther-  
thero - Calvinianos, eorumque Sectatores  
pudere deberet, quod horum vestigiis in-  
hære non erubescant.

Cùm ergò Papa, sive Pontifex Roma-  
nus ex Christi institutione sit totius populi  
Christiani Pastor, omnium Ecclesiarum  
Caput, & Episcopus Episcoporum, legiti-  
mus S. Petri successor, qui solus jurisdic-  
tionem ad remittenda peccata divino ju-  
re in sui ordinatione accipit.

Reliqui autem Episcopi, & Prælati ju-  
re Ecclesiastico à Papa, clarum est, supre-  
mam jurisdictionem, de qua hic agimus,  
non conferri à Cardinalibus per electio-  
nem, sed postquam ii personam designa-  
runt, à Christo provenire vi promissionis  
factæ S. Petro *Matth. 6.* Nec ab Ecclesia  
judicari posse, nisi in causa hæresis. Et sic-  
ut Sacro-Sancta Romana Ecclesia nun-  
quam errare potest, in qua recta prædican-  
tur dogmata, & omnes hæreses cum prin-  
cipibus suis anathematizantur *Nov. 131. de*  
*interdict. colleg. hæret.* Quæ erronea docere  
non potest, *l. inter claras. & l. 5. C. de Sum.*  
*Trinit. Novell. 6. c. 2. & l. cognoscere, C. eod.*  
Ubi dicitur *judicium Romanæ Sedis sem-*

C per



per rectum esse : Ita certa fide constat, quod Sum. Pontifex cum generali Episcoporum Concilio tanquam ad fidem, vel bonos mores pertinens definit, falsitati subiectum esse non posse, *d. l. inter claras, in princ.* Probabilissimum enim est, quamvis non omninò certum, ut ait *Layman*, quod Summus Pontifex ob Dei providentiam errare non possit in decretis fidei universalibus, aut in decretis morum versantibus circa res ad salutem necessarias, seu quæ per se bonæ, aut malæ sunt, etsi sine Episcoporum Concilio decernat, potest tamen, etiam ut publica persona, errare in dijudicandis particularibus quæstionibus, quæ plerunque in factis consistunt; imò nullam promissionem, aut certitudinem habemus, quod Sum. Pontifex quoad suam personam in hæresin, etiam notoriam incidere non possit, ob quam dignus sit, ut ab Ecclesia deponatur, vel potius, ut præcisus declaretur. Cæterum etsi ponamus, ait idem, Pontificem, ut privata persona est, hæreticum fieri, adeoque desinere esse verum Ecclesiæ membrum, tamen quamdiu ab Ecclesia toleratur, omnia eius decreta vim, & authoritatem Pontificiam habent,



habent, ut hæreses emergentes cognoscere, & condemnare, & judicem controversiarum fidei agere possit. Quia adhuc Summum tenet Pontificatum, & primus est, & Caput omnium Sanctissimorum Dei Episcoporum, & Sacerdotum, ait Imp. *in d. l. inter claras*. Et sententias ejus Imp. executioni mandare tenetur, *ut infra*.

## CAP. VII.

*De devotione, ac submissione, correspondentia, & respectu Sacratissimi Imperatoris erga Summ. Pontificem, eiusq[ue] S. Sedem Apostolicam.*

**M**iram ad confutandos Rebelles reperire est reverentiam, curam, & operam Augustissimi Cæsaris erga Papam *in leg. inter claras, 8. §. reddentes, Cod. de Summ. Trinitat. & Fide Cathol. Reddentes*, ait Imperator, honorem Apostolica Sedi, & vestra Sanctitati, (quod semper Nobis in voto fuit, & est) & *ut decet*, Patrem honorantes Vestram Beatitudinem, omnia, que ad Ecclesiarum Statum pertinent, festinavimus

C 2 ad



ad notitiam deferre vestrae Sanctitati, quoniam semper nobis fuit magnum studium, unitatem Apostolicae Sedis, & statum Sanctarum Dei Ecclesiarum custodire, qui hactenus obtinet, & incommotè permanet, nulla intercedente contrarietate; ideoque omnes Sacerdotes, & Episcopos universi Orientalis tractus & subiicere & unire Sedi vestrae Sanctitatis properavimus. In praesenti ergo, quae commota sunt, (quamvis manifesta, ac indubitata sint, & secundum Apostolicae Sedis vestra doctrinam ab omnibus semper Sacerdotibus firmè custodita, & praedicata) necessarium ducimus, ut ad notitiam vestrae Sanctitatis perveniant: Nec enim patimur quicquam, quod ad Ecclesiasticum statum pertinet, quamvis manifestum ac indubitatum sit, quod movetur, ut non etiam vestrae innotescat Sanctitati, quae caput est omnium Sanctarum Dei Ecclesiarum: Per omnia enim, ut dictum est, properamus honorem, & auctoritatem crescere vestrae Sanctae Sedis, &c. Quae sequuntur in §. petimus, s. & per tot. Ubi satis ostenditur, totius orbis terrarum Ecclesias Romanae Ecclesiae iudicio subjectas esse, & praevaticatrices diaboli cruciatibus in gehenna fore subjiicendas. Idem probatur



tur *l. cognoscere, 7. C. de Summ. Trinit.* Ratio, quia Sacerdotium, præsertim supremum divinis, Imperium terrenis præsidere, atque ministrare debet, *Novell. Constit. 6. in princ. quomod. oport. Episcop.* Et Reverendissimi Episcopi juste judicant *Novell. 42. c. 3. Novell. Leonis 17.* Ubi dicit Imperator, quod de re Sacra Sanctissimos Patriarchas Summo Pontifici immediatè subjectos sancire oporteat. Hinc etiam soli Episcopi cognoscunt de hæresi, text. elegans *in l. cum recta, 5. C. de Sum. Trin. Imp.* quoque Arcadius, & Honorius *in leg. 1. C. Theodos. tit. de relig. lib. 12.* ajunt: *Quoties de religione agitur, Episcopos convenit iudicare, ceteras verò causas, quæ ad ordinarios cognitores, vel ad usum iuris publici pertinent, legibus oportet audiri.* Et textus clarus *in l. omni innovatione, 6. C. de SS. Eccl.* *Omni innovatione cessante, inquit, vetustatem, & Canones pristinos Ecclesiasticos, qui usque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici Provincias servari præcipimus, ut si quid dubietatis inciderit, id oporteat (non absque scientia viri Reverendissimi Sacrosanctæ Legis Antistitis Ecclesie urbis Constantinopolitane, quæ Romæ veteris prærogativa*



*tiva letatur) conventui Sacerdotali, sancto-  
 que iudicio reservari. Et præclarus textus  
 in Novell. 123. cap. 21. Nec refert, quod ex-  
 tent Novellæ Constitutiones quampluri-  
 mæ Justiniani Imp. in quibus liberè, ac pro  
 suo jure de rebus innumeris ad religionem  
 pertinentibus sine ulla Romani Pontificis  
 mentione decernit; quia nulla ex his legi-  
 bus, quæ extant tum in Codice Justinianæo,  
 tum in Novellis directè pertinere ad fidei,  
 ac religionis professionem, de qua ipse  
 Imp. ad Summum Pontificem *in d. l. inter  
 claras, &c.* rescripsit, testatur Fachin. *con-  
 trovers. iuris, lib. 8. c. 1.* Quia aliàs semper  
 profiteretur Imp. quæ ad statum Ecclesiasti-  
 cum pertinent, se ad Romanum Pontifi-  
 cem delaturum, ad quem pertinet, *c. 2. de  
 maiorit. & obed. & in cap. per venerabilem,  
 qui filii sint legit.* Et quis poterat Impera-  
 torem impedire, quominus illa de Cleri-  
 cis, Monachis, & Episcopis statueret, cum  
 tam potens esset, ut totus Mundus co-  
 ram illo trepidaret, & Summi Pontifi-  
 ces, totaque Ecclesia continuis ferè  
 persecutionibus exagitarentur, & ope in-  
 digerent Sacratissimi Imperatoris; imò  
 Historiæ testantur, Imperatoris nostri præ-  
 decel-*



P. II

9.

decessores, puta, Constantinum, Jovianum, Theodosium diversis aliquando sectis suæ religionis exercitium permisisse, quo factum est, quod qualibet Ecclesia suas in factiones divisâ Episcopi à consuetudine mutui abhorrent; proinde in multas Orientales, Occidentalesque, atque etiam Lybicæ partes dissectæ sunt, ut apparet ex *leg. Arrian.*, s. *& tot. tit. Cod. de heret.* Neque Oriens cum Occidente, neque rursus Lybia his consentire voluit, & quod omnium indignissimum est, neque ipsi inter se Orientalium Ecclesiarum Antistites ad communionem conveniebant, neque Europæi, atque Occidentales, neque Lybici Episcopi conventus inter se agebant. Tanta confusio, mentiumque caligo orbem universum inceserat. An non igitur opus erat potente Imperatore quodam, qui has extirpans hæreses statum Sanctarum Dei Ecclesiarum custodiret, Episcopos inflatos contineret, & periculosas factiones, occultasque conspirationes dissiparet? An non pro communi Sanctissimarum Dei Ecclesiarum pace Imperialia requirebantur edicta, quo



unitas Ecclesiarum, & incolumitas Imperii (quod habetur ab Apostolica Sanctitatis Sede) conservaretur? arg. *Novell. 41. c. 3. §. 3.* An non melius esset, Romanorum Imperatorem hodieum esse potentem ad Turcarum, & suorum in Imperio rebellium subditorum Mandata Cæsarea, & Pontificia contemnentium conatibus resistendum?

Non minor quippe est cura Imperatori horum, quæ Sanctissimis Ecclesiis profunt, quàm ipsius animæ, *Novell. 3. in fin.* Maxime quando hæretici Anathemata piorum Pontificum, & Episcoporum vilipenderent, vel ipsi Episcopi contra juramentum suum, citra scitum, & consensum Cæsaris in periculosum Domus Austriacæ omnium optimè de Imperio meritæ, ac totius Christianitatis vilipendium, exterorum Regum, & Principum foedera quæerent, arg. *l. decrevimus, 16. C. de SS. Eccles.*

Igitur necessum fuit, ut divina, & humana, id est, Sacerdotium, & Imperium pariter concurrerent, & unam consonantiam rectis sententiis facerent, *Novell. 42. de deposit. Anthim. & Sever. in princ.* Ut non immeritò quis dixerit cum Justiniano in *Novell.*



Novell. 6. quomodo oportet Episcopos. Maxima  
 in hominibus Dei dona esse à superna collata  
 clementia, Sacerdotium, & Imperium, & il-  
 lud quidem divinis ministrans, hoc autem hu-  
 manis præsidens, ac diligentiam exhibens, ex  
 uno, eodemque principio utraque procedentia  
 humanam exornant vitam, &c. Adde No-  
 vell. 7. c. 2. Quinimò licuit Imperatori in  
 tali, tamque periculoso Ecclesiæ statu le-  
 ges condere Ecclesiasticas, idque consen-  
 tientibus Romano Pontifice, & Episcopis,  
 & subditis proponere, easque adversus ra-  
 biam furiosorum hæreticorum defendere,  
 l. Sanctissimarum, 44. §. tua igitur, C. de Ep.  
 & Cler. l. nemo, 4. C. de Summ. Trinit. No-  
 vell. 42. in princ. & c. 3. l. fin. C. de quadrienn.  
 præscript. Ecclesiasticas personas subditas  
 fuisse Imperatori quoad defensionem, ac  
 protectionem, prout de jure est tota Chr-  
 stianitas, & maximè Principes, & Episco-  
 pi Imperii, qui sunt Vasalli Cæsaris, licet  
 aliàs hodie Clerici sint exempti à potesta-  
 te Imperatoria, idque Imperatorum spe-  
 ciali voluntate, cap. ego Ludovicus, 63. dist.  
 Neq; enim patiebatur quicquam quod ad  
 Ecclesiasticum statum pertinet, quamvis  
 manifestum, ac indubitatum esset, quod

C 5

move-



movetur, ut non etiam Apostolicæ San-  
ctitati, id est, Summo Pontifici innotesce-  
ret, *d. l. inter claras, §. reddentes*. Vide *Au-  
rifod. verb. Ius Canon.*

## C A P. VIII.

*De Iurisdictione Summi Pontif. circa  
Iudicium Controversiarum Fidei.*

**Q**UAMVIS Imperatori permissum fue-  
rit, quæ sit recta Christianorum fides,  
subditos edocere, ac de religione commo-  
nifacere, *leg. docere, 3. C. de summ. Trinit.*  
Et tardos Episcopos, & Ecclesiarum de-  
fensores officii sui admonere, *Novell. 133.  
cap. 5.* Iudicium tamen de doctrina fidei est  
penes Episcopos venerandæ Sedis Summi  
Apostoli Petri, non penes Imperatorem,  
vel Reges Christianos: Nam à condito  
ævo auditum non est, iudicium Ecclesiæ  
ab Imperatore auctoritatem suam accepisse.  
Neque Scriptura Sacra potest esse iudex  
controversiarum fidei, quia iudex debet  
omniñò certam in causa ferre sententiam,  
*§. curare, 33. inst. de action. l. 1. & 2. Cod. de  
sent. que sine cert.* Hoc autem non facit  
S. Scri-



S. Scriptura, quæ nullibi in specie damnat horum, vel istorum errores. Unde patet, Principes in suis regnis non esse legitimos fidei iudices, in re quippe civili exploratum est, Regem in suo regno non habere exteriorem jurisdictionem, nec esse in suo regno supra Episcopos, & Pontificem, id est Regem esse supremum iudicem Ecclesiasticum, qui sua auctoritate à nullo alio in terris dependente possit convocare Synodos, iis præsidere, controversias circa fidem, & religionem iis dirimere, beneficia conferre, Episcopos constituere, & deponere, & similes actus religionis exercere, text. est *in Novell. 123. c. 21. §. 2.* Ius verò convocandi Universalis Concilii ad Summum Pontificem tanquam omnium primum pertinet. Licet enim Imperatores hoc sibi juris convocandi Concilium Universale antiquitus tribuere voluerint, *leg. nemo, 4. c. de Summ. Trin.* Tamen Valentinianus senior Catholicus Imperator rogatus ab Episcopis, ut Synodus convocaretur, respondit: Sibi, qui unus è Laicorum numero esset, non licere ejusmodi se negotiis interponere. Et ideo Sacerdotes, & Episcopi, quibus hæc curæ sunt,

P. 11

9.



seorsim per se convenient, Zozomen. in  
*tripartita lib. 4. c. 14. de vit. Constantin.* Et  
*Novell. 123. de Sanctiss. Episc. c. 10.* Iubemus,  
 inquit Imp. unumquemque Beatum Archie-  
 piscopum. & Patriarcham. & Metropolitam  
 Sanctissimos Episcopos sub se constitutos in  
 eadem provincia semel, aut secundo per sin-  
 gulos annos ad se convocare, & omnes cau-  
 sas subtiliter examinare, quas Episcopi, aut  
 Clerici, aut Monachi ad invicem habeant,  
 easque disponere, & super hoc, quicquid ex-  
 tra Regulas à quacunque persona delinquitur,  
 emendare. Suscipimus autem sancta 4.  
 Concilia, sicut Sacras literas, id est, 318.  
 Sanctorum Patrum, qui in Nicæna urbe  
 congregati fuerunt, & 150. Sanctorum Pa-  
 trum, qui in Regia urbe Constantinopo-  
 litana convenerunt, & 200. SS. Patrum,  
 qui in Epheso primo congregati, & 630.  
 SS. Patrum, qui in Chalcedone convene-  
 runt, &c. ait text. in d. l. inter claras, §. 3. &  
 6. Cod. de Summ. Trinit. Hisce autem uni-  
 versalibus, seu œcumenicis Conciliis Ec-  
 clesiastici interesse debent, ut penes hos  
 solos, non autem apud Imperatorem, vel  
 laicos sit iudicium, ac diffinendi facultas,  
*leg. omni innovatione, 6. Cod. de SS. Eccles.*



Et in Novell. 123. c. 21. Si, inquit Imp. Ec-  
 clesiasticum negotium sit, nullam communio-  
 nem habent civiles Magistratus cum ea  
 disceptatione, sed religiosissimi Episcopi se-  
 cundum Sacros Canones finem imponunt  
 Ubi Imperator expressè decernit, Politi-  
 cos, & seculares Principes non debere ad-  
 esse, multo minùs præsidere in negotiis, &  
 disceptationibus Ecclesiasticis, quia vult in  
 ea re servari Sacros Canones, quibus cau-  
 tum est, ut Episcopi, non autem Principes  
 tractent controversias ad Ecclesiam perti-  
 nentes. Et text. in l. inter claras, 8. in pr. C.  
 de Summ. Trinit. Inter claras, inquit, Sa-  
 pientia, ac mansuetudinis vestra laudes,  
 Christianissime Principum, puriore luce tan-  
 quam aliquod sydus irradiat, quod amore  
 fidei, quod charitatis studio edocti Ecclesia-  
 sticis disciplinis Romana Sedis reverentiam  
 conservatis, & ei cuncta subiicitis, & ad eius  
 deducitis unitatem. Et Novell. 6. quomod.  
 oport. prin. Ubi dicitur Sacerdotium divi-  
 nis Ministrare, Imperium verò humanis  
 præsidere. Et licet olim ait Duaren. ipse in  
 Prefat. de Sac. Eccles. Minist. Negligen-  
 tibus Episcopis, ac Sacerdotibus leges ple-  
 rumque ad gubernationem Ecclesiarum,  
 &

P. 11

9.



& ritus Ecclesiasticos pertinentes ferrent, tamen ea veneratione Sacros illos Canones prosequerentur, ut ab eorum præscripto vix unquam sibi deflectendum esse dicerent. Et Iustinianus noster disertè ait, se ita leges scribere, ut Sacros Canones imitentur. Sed eò malitiæ mundus devenit, ut plurimi quoque Principes suos fidei iudices constituent, falsò putantes, hoc iuri divino fore consentaneum: Nam docent, & suos juramento fateri cogunt, Principes seculares esse in regnis suis, atque domiciliis suprema Ecclesiæ capita:

## C A P. IX.

*De Iurisdictione, & Authoritate  
Summi Pontificis circa fo-  
rum causarum.*

**T**Ametsi ex dictis sufficienter pateat, personas Ecclesiasticas non esse trahendas ad iudicium seculare, sed causas Ecclesiasticas ab Ecclesiasticis, & Laicorum à secularibus dijudicandas, ac decidendas, per text. *in Novell. 123. cap. 21. §. 2.* Quia tamen leges de foro Clericorum nonni-



nonnihil variant, paucis attendendum,  
 olim in Actoris voluntate fuisse Reum  
 Clericum coram Episcopo, vel coram Ci-  
 vili Magistratu convenire, Imp. Martian.  
*in leg. cum Clericis*, 25. *Cod. de Episc. & Cler.*  
*& in leg. decernimus*, 13. *Cod. de Episc. aud.*  
 Imp. Leo, & Anthemius *in leg. omnes*, 33.  
*leg. iubemus*, 37. §. *omnes*, *Cod. de Episc. &*  
*Cler.* Unde colligitur, Civilem Magistra-  
 tum initio Clericorum judicem fuisse. Sed  
 hoc corrigit Iustinian. *in l. si quis*, 51. *in §.*  
*propter Sacerdotii prerogativam. l. si quis*, 29.  
*Cod. de pact.* *Novell. 79. apud quos oportet*  
*caus. dicere Monach. per tot. & Auth.*  
*causa*, *Cod. de Episc. & Cler.* Quæ Con-  
 stitutiones generaliter corrigunt leges Co-  
 dicis in eo, quod permittebant Mona-  
 chos vocari coram iudice seculari: Vo-  
 lunt enim propter reverentiam, & præ-  
 rogativam Summi Pontificis Reveren-  
 dissimos Monachos apud solos civitatis  
 Episcopos conventiones suscipere debe-  
 re. Quod passim limitatur *Novell. con-*  
*stit. 38. Ut Clerici apud proprios Episcop. pri-*  
*imum conveniantur.* Et *Auth. Clericus*  
*quoque*, *Cod. de Episc. & Cleric.* Ubi statui-  
 tur in causa pecuniaria Clericum esse  
 conve-



conveniendum coram Episcopo, nisi eaus-  
 sæ natura, aut alia quædam difficultas hunc  
 impediatur: In causa verò criminali coram  
 iudice seculari, si crimen sit civile; si autem  
 crimen sit Ecclesiasticum, coram Episcopo  
 esse agendum. Si verò Episcopus distulerit  
 iudicare, aut propter quandam fortè diffi-  
 cultatem non fuerit possibile Deo amabi-  
 li Episc. tunc licentiam esse, & ad civiles  
 iudices pergere, & privilegiis omnibus cu-  
 stoditis litigare, & examinationem fieri, &  
 terminum imponi, non transcendente li-  
 te mensium duorum spatium, ex quo litis  
 contestatio fit, quatenus brevis imponatur  
 causæ terminus, prout respondimus Men-  
 næ Deo amabili Archiepiscopo hujus feli-  
 cissimæ civitatis, & universali Patriarchæ,  
*d. Auth. Clericus, & d. Novell. 123. c. 21. &*  
*Auth. si quis litigantium, Cod. de Episc. &*  
*Cler. Novell. 115.* Illud palàm est, si reum  
 putaverit eum, qui convenitur, Provinciæ  
 Præses, & pœna judicaverit dignum, prius  
 hunc spoliari à Deo amabili Episcopo Sa-  
 cerdotali dignitate, & ita sub legum fieri  
 manu.

Si verò Ecclesiasticum sit delictum, egens  
 castigatione Ecclesiastica, & mulcta, Deo  
 amabi-



amabilis Episcopus hoc discernat, nihil  
 communicantibus clarissimis Provinciae  
 iudicibus: Neque enim volumus talia ne-  
 gotia omninò scire civiles iudices, *d. No-*  
*vell. 123. c. 21. §. 2.* (Intellige, si crimen in-  
 feratur Clerico, si autem laico, hunc Præ-  
 ses cum Episcopo iudicat, *Novell. 17. de*  
*Mandat. Princ. c. II.*) Cùm oporteat, talia  
 Ecclesiasticè examinari, & emendare ani-  
 mas delinquentium per Ecclesiasticam  
 Multam secundùm Sacras, ac divinas regu-  
 las, quas etiam nostræ sequi non dedignantur  
 leges, *leg. sancimus, 29. C. de Ep. & Cler.*  
*& d. Novell. 123. c. 10.* At sectarii causas Ec-  
 clesiasticas, negotia, & crimina non nisi se-  
 cularibus iudicibus decidenda commit-  
 tunt, ut apparet in Consistoriis Evangeli-  
 cis, in quo graviter peccant, ipsi divinitati  
 contumeliam inferentes, *d. Auth. causa,*  
*Cod. de Episc. & Cler.* Episcopi verò de ju-  
 re conveniendi coram suis Metropolita-  
 nis, à quorum sententiis appellatur ad Bea-  
 tissimum Archiepiscopum, & hoc si dubi-  
 tatio fuerit sive pro Ecclesiastico jure, sive  
 pro aliis quibusdam rebus, *d. l. sancimus, 29.*  
*Novell. 123. c. 22. & Auth. nullus, Cod. de*  
*Episc. & Cler.* *Nullus, inquit, Episcopus in-*

D

vitus



*vitus ad civilem, vel militarem Iudicem in  
 qualibet causa producat, vel exhibeatur,  
 nisi Princeps iubeat.* Hisce adde, quod cri-  
 minum quædam sint Ecclesiastica, quædam  
 civilia, quædam mixta. Ecclesiasticum  
 crimen est, si quæstio sit de hæresi, simonia,  
 aliisque spiritualibus negotiis. Crimen ve-  
 rò civile est, si sit quæstio de homicidio, de  
 falso, adulterio, furto, &c. gloss. in *Auth.  
 Clericus quoque, C. de Episc. & Cler.* Cate-  
 rùm istud caput de jure Canonico, quod  
 hoc casu maximè servandum, nullam pa-  
 titur distinctionem: Nam jure isto nullus  
 Clericus ad secularia judicia est pertrahen-  
 dus, *caus. ii. q. 1. v. continua.* Ubi Valenti-  
 Theod. & Arcad. Imppp. sic ajunt: *Conti-  
 nua lege sancimus, ut nullus Episcopus, vel ec-  
 cum, qui Ecclesie necessitatibus serviunt, ad  
 iudicia sive ordinariorum, sive extraordina-  
 riorum Iudicum pertrahatur: Habent enim  
 ii suos Iudices apud S. Sedem Apostoli-  
 cam, nec quicquam his publicis est communi-  
 cum legibus: Imò jure Canonum Clerici  
 ne volentes quidem jurisdictioni Magi-  
 stratus se subicere possunt, sive civilis  
 sive criminalis sit causa, cap. significasti  
 cap. si diligenti, 12. de foro compet. Nam et  
 juri-  
 tius  
 blic  
 cum  
 exc  
 dix  
 cas  
 culo  
 Sicut  
 gati  
 & a  
 tam  
 rifo  
 SU  
 Sc  
 cron  
 quo  
 quis  
 verb  
 Rom  
 juri*



juri, quod introductum est in favorem totius Collegii, seu Cleri, tanquam juri publico renunciari non potest, *leg. ius publicum, ff. de pact. cap. contingit, ext. de sent. excomm.* Non tamen inficiamur, si quis dixerit, quem posse juri suo in pluribus casibus renunciare, *7. q. 1. cap. quam periculosum, cap. si de terra, ext. de privileg.* Sicut quoque jure civili Sacerdotii prerogativa renunciare licet, *dict. leg. si quis, 51. & dict. leg. si quis, 29 Cod. de pact.* Non tamen jure Canon. Qua de re vide *Aurifod. nostr.*

## CAP. X.

## De Spirituali Mucrone Summi Pontificis.

Summum Pontificem, quatenus est Vicarius Christi, duplicem habere Mucronem in Spiritualibus, & temporalibus, quo fulminat, & feriat, multis parasanguis in *Aurif. nostr. iur. publ.* ostendimus, *verb. Papa, & verb. Rom. Pontif.* Ubi patet, Romanum Pontif. non credentes, & contuma-



tumaces Christianos tum Orthodoxos, & Catholicos, tum Hæreticos, & perverfos sententia, & recto supremi in terris Judicis judicio, Anathemate percutere: Et est clarus text. *in l. cunctos, 1. C. de Sum. Trin.* Ubi quando textus ait, Hæreticos divina primùm vindicta plectendos, gloss. *ibid.* interpretatur de Ecclesiastica vindicta per Papam Dei Vicarium inflicta. Sed hæc interpretatio nonnullis displicet, unde suffragatur *d. l. inter claras, §. reddentes, c. §. 5. ibi*: Et eorum, qui Judaicè ausi sunt rectam denegare fidem, Sum. Pontificis condemnat perfidiam. Et latius *in §. loquet.* Ad nos credentes, inquit, primùm Apostolorum Isaia Propheta verbum dicit *Ambulate in lumine ignis vestri, & flammam quam succendistis. Sed obduratum est cor eorum, &c.* Et ideò eos minimè in nostra communionem recipimus, & ab omni Ecclesia Catholica iussimus esse alienos, nisi errore damnato, nostram doctrinam quantocyùs seruiant: *qui habita regulari professione signaverint*: *A Equum quippe est, ut qui nostram minimè obedientiam accommodant statuti ab Ecclesiis habeantur extorres.* Et text. *l. cognoscere, 7. in princ. C. de Summ. Trin.*

Lib



Ubi ait: *Quoties Hæretici pullularunt, &*  
*sententia, & recto iudicio illius Venerabilis*  
*Scdis, nempe Romane coerciti sunt.* Et text.  
*in Novell. 42. de deposit. Anthymi & Sever.*  
 Ubi à S. Agapeto Sanctissimæ Ecclesiæ an-  
 tiquæ Romæ Pontifice Anathemate per-  
 cussi, excommunicati, & depositi fuerunt  
 4. Hæresiarchæ, Anthymus, Severus, Pe-  
 trus, & Zoaras. Et text. *in Constit. Frid. ad*  
*l. si. Ecclesia, 13. C. de Episc. & Cler.* Ubi ait:  
*Item quæcumque communitas, vel persona*  
*per annum in excommunicatione propter li-*  
*bertatem Ecclesiæ fractam, & violatam per-*  
*severaverit, ipso iure Imperiali Banno subia-*  
*ceat, à quo nullatenus extrahatur, nisi prius*  
*ab Ecclesia beneficio absolutionis obtento.* Et  
*Novell. 3. ut determ. sit num. Cler. §. 2. No-*  
*vell. 6. c. 1. & Novell. 11. de privileg. Archie-*  
*piscopi, in verb. Omnemque Sacerdotalem*  
*cenfuram. Novell. 115. c. 3. §. 14. ibi: Et ideò*  
*ab Ecclesiæ Catholice communiõne separati.*  
 Et *Novell. 123. c. 11.* Et *Novell. 132. de in-*  
*terd. hæret. colleg.* Ubi dicitur: *quod in vera,*  
*& Sancta Dei Ecclesiæ recta prædicantur do-*  
*gmata, & omnes hæreses cum Principibus*  
*suis anathematizantur.* Et *l. 34. §. 4. Cod. de*  
*Episc. aud. l. nullus, 2. §. 2. C. de Summ. Trin.*



Ex quibus, & innumeris aliis legibus, & Constitutionibus evidens est, Papæ competere jus gladii Spiritualis, de quo gladio, ejusque potestate vide *Aurifod. nostram, verb. Excomm.* Quod adeò verum est, quod Romanus Princeps sententias, & Anathemata Summorum Pontificum confirmare teneatur, id est, quoties Summus Pontifex cum Sacerdotio aliquem Anathemate percutit, toties ejusdem erit sententiæ cum Sacerdotum autoritate Imperator, vel quicquid Sacerdotio fuerit visum, ab Imperatore debet confirmari, & si volet Papa, executioni mandari; nam textus in *Novell. 42.* Sic inquit: *Rem non insolitam Imperio & Nos facientes ad presentem venimus legem. Quoties enim Sacerdotum sententia quosdam indignos Sacerdotio de Sacris Sedibus deposuit; toties Imperium ejusdem sententiæ, & ordinationis cum Sacerdotum autoritate fuit.* Ut in multis exemplis patet apud Corn. Rint. Speciatim in flagitioso, perjuro, & sacrilego Luthero, cujus falsa, & scelerata dogmata Sanctissimus Leo Papa X. publica Bulla damnavit, Authore Romam sub salvo conductu, & sumptibus itineris vocato.

Quam



Quam Bullam cum Augustissimus Cæsar Carolus V. ab Illustrissimis Nunciis Apostolicis accepisset, ipse memor Imperialium Constitutionum statim præcepit, ut profugi M. Lutheri Libri à Sede Apostolica damnati publicè comburerentur, & ipse, si capi posset, mortis sententiam subiret, quamvis ejus Cædogmata ad interventionem Protestantium ab eodem Imperatore usque ad finem Concilii Tridentini permessa fuerint, tum A catholicis, tum Turca in Austriam, & Imperium irruentibus.

Huc referri posset jurisdictio Summi Pontificis de bello contra Turcam, Saracenos, & Hæreticos à Christianis Regibus, & Principibus gerendo, quod à Papa decerni solet, juxta text. *in l. Christianis, C. de Paganis*. Sed quia hac de re *in Aurifod. nostra, verb. Bellum*. Luculenter egimus, hoc loco supersedendum duximus.

Idem esto de facultate concedendi Jubilæum in Summo Pontifice judicium, cum ad potestatem jurisdictionis Spiritualis pertineat; sicut ad solum



ipsum pertinet, formaliter loquendo, jure  
 divino Portam Sanctam Divi Petri aperire,  
 in signum sensibile, & extrinsecum plenissimæ dispensationis, ac distributionis  
 satisfactionum Christi ex communi Ecclesia  
 Thesauro depromptarum ad remissionem  
 pœnarum temporalium, quibus fideles  
 sunt obnoxii. Materialiter loquendo  
 quatenus est cæremonia quædam accidentalis  
 Jubilæi, quæ interdum mutari, & præter  
 mitti potest, ritè suppleri potest per  
 alium, qui non sit Papa, sicut fit Sede vacante,  
 per Eminentissimum D. Cardinalem Decanum,  
 qui loco Summi Pontificis Portam S. Divi Petri  
 potest aperire, & similiter tres alii de  
 Sacro Cardinalium Collegio, reliquas tres  
 aliarum Ecclesiarum. Quod autem verè sit  
 in Ecclesia Catholica authoritas instituendi  
 Jubilæum Ecclesiasticum penes solum Romanum  
 Pontificem jure divino, quodque sit in Ecclesia  
 Thesaurus aliquis infinitus principaliter  
 constans meritis, ac satisfactionibus Christi,  
 cui tanquam fundamento innititur potestas  
 concedendi Jubilæum, id est, remissionem,  
 liberationem, libertatem, jubilationem seu  
 dimissionem quandam generalem



ralissimam Romæ 50. anno fieri solitam,  
vide in *Aurifod. verb. Indulgentia.*

## C A P. XI.

*De Iurisdictione S. Pontificis in tem-  
poralibus, & de dominio  
eius directo.*

SUMMUM Pontificem supremum Ec-  
clesiæ visibilis, *l. inter claras*, & infalli-  
bilis, *l. cum recta, C. de Summ. Trinit.* Ca-  
put duplicem habere clavium potestatem  
jure divino, *Matth. 16.* Alteram chara-  
cteris, seu ordinis circa consecrandam Eu-  
charistiam, ordinandos Ministros, Sacra-  
menta, & Sacramentalia administranda;  
Alteram jurisdictionis, seu authoritatis ju-  
dicialis, quæ maximè propriè *clavis* dici-  
tur, idemque est, ac dominium in tempo-  
ralibus; potestatem jurisdictionis rursus  
duplicem esse, aut voluntariam, quæ à par-  
tium mera voluntate dependens judicia-  
riam cognitionem non requirit, nec in in-  
vitum redditur, aut coërcitivam, diximus è  
jure Canonum in *Aurifodina nostra*; & pa-  
tet ex allegatis juribus, specialiter in *No-*  
vell. 6.



*vell. 6. quomodo oport. Episc.* In hoc & seq. cap. de duplici hac jurisdictione agendum, & notandum est, Vicarium Dei in summo rerum divinarum, humanarumque culmine positum duplici gaudere jurisdictione, seu dominio, Spirituali videlicet, de qua supra, & temporali, quod vel est utile, & mediatum, vel directum, & immediatum. Quantum ad dominium directum & immediatum tres sunt sententiae, quas refert Card. Bellarm. *in tract. de potestat. Summ. Pontificis quo ad temporalia.* Et Rintel. c. 23. *de iurisd.*

Prima est, Summum Pontificem jure divino habere plenissimam potestatem in universum orbem terrarum, tum in rebus Ecclesiasticis, tum in Politicis; & hanc sententiam ex innumeris Authoribus *in Aurifod. nostr.* monstravimus, & patebit infra, ubi de donatione Constantini S. Sylvestro Papæ facta agemus, hancque tenetur Hostiens. *in c. quod super his, de vot. & voti redempt.* Panorm. *in c. novit, de iud.* & alii *in Aurifod. verb. Papa, Rom. Pontif. &c.* Ubi dicitur, per Christi adventum omne dominium Principum infidelium translatum esse ad Ecclesiam, & reside-



fidere in Summo Pontifice, ut Vicario Summi, & veri Regis Christi, & ideò posse Pontificem regna infidelium jure suo donare, quibus voluerit fidelium, & ita revera est, & actus sæpe comprobavit, quando Terram S. & omnem Orientalem plagam Christianis Principibus eam armata manu recuperantibus distribuit, vide *infra*.

Altera, quæ est hæreticorum damnatorum sententia, docet primò, Pontificem, ut Pontificem, & ex jure divino nullam habere temporalem potestatem, nec posse ullo modo imperare Principibus secularibus, nedum eos Regnis, & Principatu privare, etiamsi illi alioqui privari mercantur: Sed splendide mentiuntur, ut *infra* patebit. Secundò docet, non licuisse Summo Pontifici, aliisque Episcopis accipere ab Imperatore temporale dominium, quod nunc habent in quafdam urbes, & Provincias, sive ejusmodi dominium donatum eis fuerit, sive illud usurpaverint. Prohibet enim jus divinum uni homini gladium Spiritualem, & temporalem simul committi, Cæsarem in Spiritum Sanctum peccasse, quando Clericis



jus gladii donavit, quorum arma debent esse Breviarium, & lachrymæ pro peccatis populorum, & non suis tantum, &c. Sed has nugas ad mare Creticum portemus ventis, quia indignæ sunt tanto labore, quanto eas ad primam mendaciorum classem refert Eminentiss. S. R. E. Cardinalis Bellarm. *lib. 5. de Rom. Pont. c. 1.*

Tertia sententia media, & Catholicorum Theologorum communis, S. Pontificem, ut Pontificem non habere directè quidem, vel immediatè ullam temporalem potestatem, sed solùm spiritualem, ut est in *N. ovell. 6. quomod. oport. Episc. Magna quidem, ait, in hominibus sunt dona Dei, à divina collata clementia, Sacerdotium, & Imperium, ac illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis presidens, ac diligentiam exhibens.* Unde videtur evidens, Summum Pontificem in divinis, & spiritualibus, non autem in temporalibus esse superiorem. Tamen ratione spiritualis habere saltem indirectè, & in habitu potestatem quandam, eamque supremam in temporalibus. Cujus rei confirmatio desumitur ex *l. inter claras, in princ. ibi: Et ei, id est, Apostolicæ Sedi, cuncta subiacitis, &c.*

Et



Et §. *liquet, in fine, ibi : cuius Principatum, ut Christianissimi, & pii conservatis in omnibus.* Et ita dicit. *Novell. 6. intelligenda.* Sed prior sententia magis est juri consentanea, & probatur ex donatione Constantini Imp. *in Aurifod. & inf.*

## C A P. XII.

*De utili in temporalibus dominis  
Summi Pontificis.*

**E**Gimus *in sup. cap. & in Aurifod. iur. publ. verb. Papa, & verb. Rom. Pontif.* De directo, & mediato dominio Papæ, hic de utili, & immediato rerum temporalium, quod Theologi aliter intitulant, restat agendum juridicè. Quantum igitur ad dominium utile attinet, Papa possidet nobiliorem partem Italiæ, nimirum totum id, quod inter fluvium *Floris, & Caietam* situatum est; in quo spatio comprehenduntur Provincia *Bononiæ, Romandiola, Marcha, Umbria, Ducatus Spoletinus, Latium, & Patrimonium S. Petri,* de quo vid. *Aurifod. in verb. Patrimonium, per tot.*

Hic Status est optimus, & in medio Ita-



liae situs, extendens se à mari Hadriatico usque ad mare Thyrrenum: in quo civitates primariae sunt ROMA, Caput Mundi, quae continet plusquam 120000. animarum, de qua vide *Aurifod. verb. Roma.* Bononia 80000. animarum, Perugia, Ancona, Ravenna, Ariminum, Cesena, Forli, Faenza, Immoia Macerata, Regium, Camerinum, Viterbium, Spoletum, Norcia, Assisium, & 30. aliae, adeò populosae, ut Sum. Pontifex è solo Bononiensi, Marcha, & Romania, seu Romandiola exercitum 20000. militum absque notabili diminutione personarum educere possit: Tanta est hominum copia, ut tempore Clementis VII. quando Carolus V. Romam adventavit, sola Marcha 15000. militum Romano Pontifici miserit in auxilium.

Habet porrò Romanus Pontifex statum *Avenionensem* in Regione Franciae, quae dicitur *Provincia* ad pedes Alpium, & Delphinatus, in quo est Carthusia major, situata. In hac 13. sunt Episcopus partim sub Papa, partim sub Rege. Ad Papam spectat *Avenio*, & Comitatus Veniessinus. Avenionem emit Clementis



mens VI. à Regina Joanna filia Rober-  
 ti Regis Neapolitani Anno 1352. Ave-  
 nio famosa, & celebris est ob residen-  
 tiam Summorum Pontificum, Cardina-  
 lium, & Magnatum, quæ à Clemen-  
 te VI. usque ad Gregorium XI. ad 73.  
 annos continuata fuit: Suntque in eo di-  
 strictu 4. Civitates, & 80. oppida mura-  
 ta. Habet in Regno Neapolitano Be-  
 neventum, sed & quantum ad domi-  
 nium directum Papa est Rex, & Prin-  
 ceptus supremus Regnorum Neapolis, &  
 Siciliae, quod est Nobilissimum feudum,  
 Urbini, Parmæ, Messerani, Ferrariae,  
 Insulae Hyberniae, Regni Angliæ, quod  
 proprii Reges olim Romanæ Ecclesiæ fe-  
 cerunt tributarium, & aliorum. Ha-  
 bet item jurisdictionem super regimi-  
 ne Religionum, universique Cleri to-  
 tius Christianitatis, super dispositione  
 Beneficiorum, adeò ut ab ipso depen-  
 deant, & ad ipsum appellent velut ad  
 supremum Principem, & communem  
 Patrem, etiam omnes Ordines Mili-  
 tares: Unde mille remunerandi mò-  
 dos habet, &, ut dicebat SIXTUS  
 Quartus, nunquam ei deerit pecunia,  
 quamdiu



quamdiu ipsi non decribit manus, & penna,  
 Sic Pius IV. à solis Religionum Ordini-  
 bus 400000. scutorum misit contra Tur-  
 cam, & si voluisset, ut rogatus erat, resi-  
 gnationes beneficiorum Ecclesiasticorum  
 cum jure regressus, & compositiones Of-  
 ficiorum admittere, aliquot milliones ac-  
 quirere potuisset, absque omni Simonia  
 labe, &c. Vide *Aurifod.* Paulus III. in-  
 travit Ligam cum Imperatore, & Venetiis  
 contra Turcam, sicut & postea Pius V.  
 cum sexta parte expensarum, misitque in  
 auxilium Carolo V. contra Lutheranos,  
 & Turcas 120000. peditum, & 50000.  
 equitum stipendiatorum. Sixtus V. vix-  
 dum 6. annos Pontificatum adeptus misit  
 5. milliones scutorum. Pius V. sub idem  
 tempus, quo Sacratissimo Imperatori Ca-  
 rolo V. succurrit, misit Carolo IX. Re-  
 gi Galliarum suis stipendiis 4000. pe-  
 ditum, & 1000. equitum, *Joan. Boter.* ait  
 Pium V. Pontificem Max. adeò potentem  
 extitisse, ut præter 120000. quos misit Im-  
 peratori, & eos, quos Regi Galliarum, om-  
 nes Reges, & Principes inter se discordes  
 compescere, & reconciliare potuerit. imò  
 toti orbi, & maximè Turcarum Impera-  
 tori



tori cœperit esse terrori, & horrori, &c.  
Vide *Aurifod.*

Sed hæc parva sunt in comparatione jurisdictionis Spiritualis, seu Ecclesiasticæ, quæ nec fluminibus terminatur, nec montibus, omnia maria complectitur, & verum Hemisphærium cum altero conjungit, non habet superiorem, nisi Deum, à quo immediatè suam auctoritatem accepit, & omnem jurisdictionem absque restrictione, ita ut quodcunque solverit super terram, sit solutum & in cœlo, &c.

Alii Principes acceperunt olim suam auctoritatem à populo, unde imperia, & regnatandem aut hæreditaria, aut electiva facta sunt; At solus Rom. Pontifex superioritatem supra genus humanum à solo Deo, cujus est Locumtenens, Vicarius, Substitutus, & Prorex. Rex Galliarum, ut ferunt quidam Politici, gloriatur se regnum suum immediatè habere à Deo, sed falsum est, & refutatione indignum, quia, ut dicit *Boter.* Omnia regna, & Principatus habent suam originem ab electione populi, & ideò Reges in sua coronatione, ac Principes in auguratione subditis præstant juramentum de conservandis privilegiis

E

legiis



legiis populo concessis, & rursus populus  
Regibus.

At verò, ait, in quâ parte S. Scripturæ re-  
peritur, Coronam Franciæ immediate  
Deo dependere? in Novonè, an Veteri  
Testamento? immò nullum est regnum  
Mundi, pergit idem Author, magis obli-  
gatum Sedi Apostolicæ, quàm regnum  
Franciæ. Quare? Quia authoritas Zacha-  
riæ Papæ transfudit Coronam Sanguinis  
Meroveo ad Pipinum, unde postmodum  
translata est ad domum Hugonis Capetani  
qui fuit filius Haculdæ filiæ Henrici Imperatoris  
& Mathildis, quæ fuit filia Ludovici III  
ultimi ex sanguine Pipini, &c.

Tantum abest, Papam non posse proce-  
dere contra Regem Galliæ, quod Ludovi-  
cus Crassus tantæ potentæ, ut Reges Scandi-  
navici coram ipso trepidarent, fuerit  
excommunicatus à Stephano V. Episcopo  
Parisiensi, eò quod usurparet benefi-  
cia Ecclesiastica, & se intromitteret in elec-  
tione Abbatum, & Episcoporum; Et quia  
Stephanus Regem absolvere noluit, recu-  
rit ad Papam Honorium, qui Regem flexis  
genibus veniam petentem iussit absolvi  
eo, à quo ligatus erat. *Authoritas tempo-  
poralis*



poralis semper fuit subiecta spiritali. Samuel creavit Regem Saul, at quia peperam se gesserat, publicè deposuit, & substituit David. S. Elias Propheta, Author Carmelitanæ Religionis, diversos creavit Reges in Judæa, & in Soria, &c. Unde benè dicit S. Ambros. *Veteri iure à Sacerdotibus donantur Imperia, non usurpantur:* Et Petrus Cluniacensis: *Quamvis Ecclesia non habeat Imperatoris gladium, habet tamen super Imperatorem Imperium.* Et Hugo à S. Victore: *Spiritualis potestas iudicat terrenam, non è contra.* Et S. Paulus: *Spiritualis iudicat omnia.*

Hac autoritate fretus Innocentius I. excommunicavit Arcadium Imperatorem, & Eudoxiam Augustam ejus conjugem, quia non permisissent, sicut eis mandatum erat, Ioannem Chryostomum redire ad Sedem suam. Gregorius I. excommunicavit Lotharium Imperatorem propter concubinatum Valdrada. Gregorius VII. Henricum III. Imperatorem, quod se voluerit immiscere electioni Papæ, & collationi beneficiorum, & Henricum V. Imperatorem, quod sibi arrogaverit authoritatem



ritatem dandi investituram Episcopatum.  
 Fridericus I. Imp. ab Alexandro III. &  
 Adriano III. Anathemate percussus, &  
 depositus ab Imperio. Fridericus II. &  
 Ludovicus V. similiter propter eandem  
 causam depositi. Gregorius II. ejecit  
 Haurum Imp. tanquam Iconomachum, &  
 absolvit populum Italiæ à juramento ipse  
 præstito, & Gregor. III. privavit eum Im-  
 perio. Gregor. VII. spoliavit Bolislaum  
 Poloniæ Regem titulo, & administratione  
 regni sui, propter nimiam in subditos cru-  
 delitatem. Julius II. privavit Ludovicum  
 XII. Gall. Regem titulo Christianissi-  
 mi, & dedit regnum ejus, & Joannis Regis  
 Navarra (quod se opponerent jurisdic-  
 tioni & ordinationi Sedis Apostolicæ in cau-  
 sa Ferrariæ) in prædam. Quin & Vene-  
 tos experiri fecit, quàm tremenda sint ar-  
 ma Ecclesiastica illis justa de causa illata.  
 Clemens VII. & postea Paulus III. ex-  
 communicarunt Henricum VIII. Britan-  
 niæ Regem, propter repudium Regina  
 Catharinæ legitimæ uxoris, & quod mer-  
 tricibus fornicariis adhæreret. Et Pius V.  
 Iabellam filiam Henrici VIII. excom-  
 municationi subditam declaravit regni



& Coronæ Angliæ incapacem, propter  
 hæresin, Apostasiam, & luxuriam. Six-  
 tus V. Henricum Regem Navarra ad Co-  
 ronam Franciæ admittere recusavit, &  
 omni statu indignum declaravit, prout &  
 Henricum Condæum, propter hæresin, &  
 venerem, &c. Immò quos Vicarius Dei  
 Rom. Pontifex punire non potuit, aut  
 propter absentiam, aut propter poten-  
 tiam, horrendum in modum leguntur pu-  
 niti à Deo, ut patet in Hénrico IV. & V.  
 & in Frid. I. & II. Impppp. è domo Phi-  
 lippi Pulchri Regis Galliarum, aliisque  
 pluribus, qui vindictam divinæ Majestatis,  
 & virgam regni sui experti sunt, nec succes-  
 sorem habere meruerunt in Imperio, nec  
 vestigium reliquerunt, vide *Aurifod.*  
 De Henrico III. Galliarum Rege con-  
 stat, quod propter Ludovicum Cardina-  
 lem Chisium Archiepiscopum Rhemen-  
 sem, quem nequiter interficiendum cura-  
 vit, horribili à proprio fraterculo, Deo vo-  
 lente, necatus sit, sed quid hæc commemo-  
 ro, quæ sunt innumera? inde fit, quod  
 multi Reges & Principes pro dignitatibus,  
 & honorum titulis non tam ad Imperium,  
 quàm ad Sacerdotium, id est, Sedem Apo-  
 stolicam



stolicam recurrerint, & regni fasces petierint. Stephanus Hungarorum Rex misit Legatum ad Benedictum V I. pro obtinenda Corona, & titulo Regis. Idem fecit Mieslaus Poloniae Dux, sed non obtinuit Coronam, obtinuit autem Casimirus à Benedicto IX. sicut & Demetrius Princeps Croatiae, & Dalmatiae à Greg. VII. Alphonsus Dux Portugalliae ab Alexandro III. Callaiones Bulgarorum Dux ab Innocent II. Quid altius, aut majus Imperio? Et tamen Imperator à Papa Coronam, & confirmationem petere debet, nec dicitur Imperator, ante Coronationem Lombardicam, nisi Pontifex dispensaverit, vide in *Aurifod. iur. publ.* apud Jodocum Kalcovium Bibliopolam Coloniensem impressam, V. Imperat. Nonne Leo II. transtulit Imp. Occidentale ad Carolum Magnum primum Germanorum Regem & Imperatorem, & Honorius III. ad Comitem de Auferna? vide *Imperii Rom. initium, progressus, & ad German. translat.* in *Aurifod. nostra.* Gloriantur quoque Veneti se superioritatem maris Hadriaticae imperasse ab Alexandro III. etsi nonnulli ex jure Gentium deducant. Immo mult



ti Principes honori sibi duxerunt, si regna sua in perpetuum facerent Ecclesie Romanæ censuaria, aut tributaria: Sic Innocentia Nortumbriæ, Opha merciorum in Britannia, Alphonfus I. Portugallia Reges, alique complures fecerunt.

Gravissimæ quoque differentia devolvuntur, & componuntur à Papa. Sic Alexander VI. vetustam illam litem inter Coronas Castiliae, & Portugalliae controversam in causa navigationum, per sententiam definitivam terminavit, & discordes animos pacavit. Penes Pontificem est per paterna viscera sua Principes Christianos charitate fovere, unire, & animare potius contra infideles, & Gentiles, quàm contra seipsos, ad eò, ut quondam Ducem Bullionis, ac Comites Flandriae, Tholosæ, Bononiae, & alios: item Conradum, & Fridericum Impp. Philippum, & Ludovicum Galliarum Reges, Richardum Regem Angliæ, & penè totam Christianitatem excitarit ad recuperandam Terram Sanctam, seu Palæstinam, & alia à Turcis, & Saracenis ablata loca.



De *Alexandro VII.* Pontifice Max. nunc ad clavum Christianæ Reipub. sedente, & die, ac nocte olim *Monasterii VVestphalie* in celeberrima totius Christianitatis diæta, *Colonia Ubiorum*, *Aquisgrani*, & per *Alemaniam*, nunc verò in Sanctissima urbe sua *Roma* jugiter de unione inter Principes Christianos restabilienda sollicito pacisque universalis Moderatore, &c. non minor spes est, quàm fuit de *Pio II.* & *Pio V.* qui conciliarunt, & congregarunt Christianos Principes ad arma contra *Turcas*, *Pius II.* in propria persona comitari, & Christianos animare conculserat, nisi *Anconæ* ob gravissimas causas prapeditus fuisset, ubi Regem Catholicum, & Venetorum Ducem exercitui præfecit, qui cum reliquis Principibus, & militibus Christianis adeò insignem à *Turcis* reportarunt victoriam, ut universas ditio- nes *Selimi II.* *Turcarum* Imperatoris despoliaverint, ac *Domum Ottomannicam* humili averint. Quàm anxie, & sollicitè quandoque pro communi bono laborantem vidimus, & hodie dum laborat, ac nervum belli, & ararium tam apud Venetos, quàm alios sustentat Sanctiss. Dominus Noster



Noster *Alexand. Papa VII.* cui nihilo magis curæ est, quàm ut Principes Germaniæ cum suo Monarcha *Leopoldo I.* Romanorum Imperatore, & Augustissimâ, deque Rom. Imperio, ac tota Christianitate optimè meritâ Domo Austriaca in pace, & concordia contineat, exterâs, periculosâsque Ligas, & Confoederationes, contra avitam Germaniæ confidentiam vix unquam practicatas impediât, vide plura *verb. Papa, &c. in Aurifod.* Ubi tanti Pontificis curam, & vigilantiam circa ovile sibi à Deo commissum à luporum insidiis vindicandum mirari licebit,

## C A P. XIII.

*Utrum S. Pontifex ex causa delicti  
Cæsarem aut Regem depo-  
nere possit ?*

**Q**uia Papa supremus, & primus est super omnes mortales, omnes judicat, & à nemine judicatur, *cap. si Papa, 40. dist. Jul. Clar. in 9. fin. q. 35. n. 3.* Responderunt Legati Pontificis Legato Ferdinandi Imp. *Gusmano apud Thuan. lib. 7. Histor. p. 431.*

E 5

Impe-



Imperatorem gravissimis de causis à Papa posse deponi, & quandoque id in facto contigisse, declaratur *cap. preced. & in Aurifod. nostra*. Sicut enim mortuo Imperatore electio pertinet ad Septemviros, nunc ad 8. Electores, *tit. 1. Aur. Bull. Decret. Statutum Imp. de An. 1338. zu Keimß*. Ut Protestantes allegant: ita ob causam peccati depositio, & electio pertinet ad Papam, Joan. à Castro *de authorit. Papa, p. 3. Imol. in Clement. 1. n. 37. de iure iur. Paul. de Castro in l. fin. ff. de legib. Alexand. in c. si Papa, 40. dist. Alciat. & alii, quos adducit Buxtorff. ad Aur. Bull. conclus. 11. Quibus suffragatur dict. cap. si Papa, c. ad Apostolica, extr. de re iud. cap. alius, 15. quest. 5. Ubi Zacharias Papa Childericum Regem Franciæ deposuit, cap. grandi, de supplend. neglig. Pralat. in 6. Ubi Bonifacius VIII. Lusitaniæ Regi alium adiunxit, & in Aurifod. verb. Bavarus. Ubi Joan. XXII. Ludovicum Bavarum Imp. deponi mandavit, cujus intuitu dicunt alii Papam habere superioritatem non tantum in Reges, sed etiam in ipsum Imperatorem, Abb. in leg. bene à Zensone, Cod. de quadrienn. prescript. Lupold. de Babenberg. de iurib. Regni, &c.*

Ubi



Ubi tamen volunt, Papam non tam deponere Imperatorem, quam ob peccatum deponendum esse per Principes declarare. Lupold. *de iur. reg. cap. 12. & 17.* Sigismund. Seld. *in consil. ad Ferdin. p. 60.* Et ita declaravit Papa, Adolphi Regis Rom. & Wenceslaidepositionem a se factam per Electores publicandam, & executioni mandandam, licet Seld. *in dict. consil. ad Ferd. p. 40.* dicat: *Existimo autem, si casus contingeret, & Papa auctoritatem illam sibi vendicaret, ipsi hoc rerum statu (quo haereses, & malitia hominum praedominantur) vix fore id concedendum, sed Imperii Statibus, aut Electoribus tribuendum, &c.* Sed melius ait Bald. *in l. Barbar. ff. de offic. Pralat. Electoribus per Aur. Bull.* relinqui electionem, non item depositionem. Unde Aucthores apud Thuan. *dict. leg. 21.* concludunt. Renunciationem Caroli V. nullam fuisse, ut non factam Papae, cuius est deponere, & resignationes admittere, & examinare. Ei quippe utraque jurisdictio competit Spiritualis, & temporalis, Spiritualis, ut illam tanquam Summus Sacerdos solus exerceat, & temporalis, ut illam tanquam Summus Regum Rex, & Vicarius



Christi exercere faciat in persona Imperatoris, Electorum, & Procerum Imperii, Regum, ac Principum, & habitu illam habeat absolutè, exercitio autem cedat; quia Papa est major omnibus Imperatoribus, & Dominantibus, & ipse iudicat omnes, deponit exigentibus meritis, & à nemine iudicatur, nisi in causa hæresis, *d. cap. si Papa, 40. dist. Felin. inc. 1. n. 4. & 5.* Ubi, quod Imperator est Vasallus Papæ, & ubi agitur de scandalo, inter omnes Laicos est iudex, & potest in crimine læsæ Majestatis contra quemcunque subditum Imp. procedere, quia saltem habitu obtinet jurisdictionem in eum, Card. Zabarell. *consil. final. M. Ant. Peregr. de iure Fisci, l. 1. tit. 2. n. 8.* Sicut in omnes Provincias. Et hoc procedit sine difficultate in tota Italia, & in omnibus Provinciis Occidentalibus ex decreto Constantini Imp. Quia in his Papa habet utramque jurisdictionem, habitu & actu: habitu verò in omnes de Mundo. Quippe cum videas Regum colla & Principum submitti genibus Sacerdotum, ut ait Psalmographus: *Super aspidem, & basilicum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem.* Idem dixit Alexand. III, ad Frid. Barba-



Barbaroffam Imp. dum pedem collo Imperatoris imponeret, Rittersh. *in Orat. de Frid. Barb.* Qui eam poenitentiam à Vicario Christi humiliter suscepit : Omnia quippe subjecta pedibus; cui denique omnis humana creatura de necessitate salutis subesse, & obedire debet, *c. unam Sanctam, extravag. com. de maiorit. & obed.* Adeoque Imperator, & omnes Reges Orbis Christiani, *c. Imperator, dist. 96.* Quia super gentes, & regna Rom. Pontifex constitutus est, *c. super gentes, in extrav. com. de consuet.* Nam Petro & successoribus dictum : *Tibi dabo claves, &c.* Et sunt verè Vicarii Christi : Si enim Imperatore mortuo, aut extra Provincias Rom. Imperii constituto, aut aliàs vacante Imperio, omnis administratio Provinciarum sub Aquila existentium aut committitur, aut jure devolvitur ad Serenissimos Vicarios, Duces Bavarix, & Saxonix, Principes Electores, qui sigillo, potestate, & auctoritate Cæsaris utuntur, haud secus, ac si ipse præsens hoc faceret : Quis circumforaneus, thrafo, aut calumniator dicet, eos, quibus Vicariatus commissus est, si Cæsaris auctoritate nitantur, blasphemiam, aut impietatem  
contra



contra Imperatorem, aut Imperium com-  
 mittere? Potiori jure Sum. Pontifex vi-  
 ce, ac nomine sui principalis, qui di-  
 xit, *Quodcumque ligaveris super terram, &c.*  
 Universalem totius Mundi, & omnium  
 Ecclesiarum curam suscepit. Quod quan-  
 do quidam profligati, ac profugi cucullan-  
 tes, ut sunt Lutherus, Pomeranus, Buce-  
 rus, Pellicanus, Munsterus, Menius, Muscu-  
 lus, Miconius, Oecolampadius, Martyr,  
 Ochinus, & quidam JC. Heterodoxi blas-  
 phemo contra Papam ore evertere nitun-  
 tur, quid aliud faciunt, quàm quod pro-  
 priam suam turpitudinem propalant, dum  
 aut virgis caesi, aut supra Catastram positi,  
 aut alias propter scelera ab Ecclesia Dei  
 per publica Pontificum, & Caesarum edi-  
 cta sunt segregati? Nec quicquam evin-  
 cunt, quominus Papa vacante Imperio  
 succedat, *cap. licet, de for. compet.* Et  
 succederet, nisi gratia novum Imperato-  
 rem eligendi, non deponendi, Electo-  
 ribus facta esset, *Clement. unic. de iure-  
 iurand. cap. Venerabilem, extr. de elect.  
 & electi potest.* Omnia quoque regna  
 cum ipso juris feudalis progressu fiducia-  
 ria sunt Sedi Apostolicæ, ait Hotoman.

*cap. 8.*



cap. 8. disputat. feud. Et juramenti formula Imperatori præscripta extat in cap. tibi Domino, dist. 63. Bodinus tamen lib. 1. de Repub. c. 9. & 10. p. 207. Waremb. & quidam alii A catholici cum distinctione dicunt, juramentum illud in dict. cap. tibi Domino. Non esse homagii, sed saltem defensionis per ipsum Papæ, & Ecclesiæ fideliter impendendæ, & sic Imperatorem propriè, & in rigore loquendo non esse Vasallum Papæ, sed ejus, & totius Christiani Orbis Protectorem, & Imperium non pendere à Papa, sed electione secundum *Aur. Bull.* Et quamvis Pius V. Pontifex Max. Imperatori Ferdinando, quod à se Coronam Imperialem non haberet, minas intentaret, effecturum se, ne res Imperii tractaret, nec Imperator dicendus esset, nisi Coronam à Sede Apostolica recepisset, acerbissimè tamen hoc tulisse Germaniæ Principes, qui suas copias, & opes ad tuendam Imperatoris dignitatem obtulerant, splendide mentitur Bodin. lib. 1. de Repub. cap. 9. Et quicquid apud Arum tom. 4. de iur. publ. discurs. 21. Contra Papam à calumniatoribus, & insulis leccardis obje-



objectum est, tanquam falsum, & de  
manu mendacium rejicimus, prout  
mendacii convicti sunt in *Aurifod. nostra*  
*verb. Papa, & verb. Rom. Pontif.*

## CAP. XIV.

*De origine donationis Constantini  
Imperatoris factæ Sylvestro  
Pontif. Max.*

DE hac donatione Constantini Impe-  
ratoris facta *S. Sylvestro* Pontifici  
Maximo, (quam validam esse, nec à suc-  
cessoribus revocandam diximus in *Au-  
rifod. nostra iur. publ. verb. Patrimonium  
S. Petri*) agit Imp. Justinian. in *Novell. 71  
do non alienand. aut permut. reb. Eccles. c. 2*  
Nos hic ex *Serm. Pomerii Edit. per Frat.  
Pelbart. de Temesvar. serm. de S. Sylvestro*  
Originem hujus donationis breviter pro-  
fundanda Juris-Consultorum intentione  
perstringemus. Mortuo igitur Melchiade  
Papa, inquit text. *Sylvester* ab omni plebe  
plurimum renitens est electus: persequen-  
te autem Constantino Magno Christianos  
*Sylvester* ab urbe secessit, & in quodam  
monte



monte cum Clericis permanfit; ipfe verò  
 Constantinus Imp. pro tyrannica perfecutione incidit in incurabilem lepram, cui  
 cum nec Magorum, nec Medicorum agmina  
 poffent fubvenire, ad confilium Pontificum  
 idolorum adducta funt plusquam  
 3000. puerorum, ut eos occidi faceret, & in  
 eorum recenti, & calido fanguine Imperator  
 balnearetur, & fic fanaretur. Egrediente  
 ergò Imperatore ad locum balneorum,  
 ecce matres illorum puerorum occurrerunt  
 miserabiliter ululantes; tunc lachrymans  
 Imperator dixit: Audite me Commilitones,  
 & omnes populi, Romanum Imperium de fonte  
 pietatis nafcitur, dans à principio legem,  
 ut capitali fententia puniretur, quicumque  
 in bello aliquem occidiffet infantem. Quanta  
 erit ergò crudelitas, ut hæc nostris faciamus  
 filiis, quod fieri prohibuimus alienis? Quid  
 juvat Barbaros fuperaffe, fi vincamur à  
 crudelitate? jam viciffie extraneas nationes,  
 virtus eft bellantium, vincere autem vitia  
 virtus eft morum, vincat ergò nos pietas,  
 &c. Hæc & fimilia dum diceret, omnis populus  
 acclamavit. Iuffit ergò matribus reddi  
 pueros, & dona plurima, & vehicula præberi,

F

ut



ut cum gaudio redirent, quæ cum fletu ad-  
 venerant, & reversus est Imperator ad Pa-  
 latium suum. Sequenti ergò eadem nocte  
 Divi Petrus, & Paulus Apostoli apparue-  
 runt eidem in somno dicentes: Quoniam  
 exhorruisti sanguinem innocentum, misit  
 nos Dominus JESUS - CHRISTUS dare ti-  
 bi consilium recuperandæ sanitatis: *Syl-*  
*vestrum* Episcopum accersi, qui apud mon-  
 tem Siraptim latitat, tuas persecutiones  
 fugiens, hic tibi piscinam ostendet, in qua  
 tertio immerfus, ab omni lepra curaberis.  
 Tu verò Christo hanc vicissitudinem red-  
 das, ut Idolorum Tempia diruas, Christi  
 restaures Ecclesias, & ejus deinceps cultor  
 fias. Evigilans Constantinus confestim mi-  
 lites misit ad *S. Sylvestrum* requirendum  
 quos *Sylvester* videns putavit se ad marty-  
 rium vocari, & Deo se recommendans, ac  
 socios adhortans intrepidus accessit, qui  
 cum ei præsentatus fuisset, assurgens dicit  
 Imp. Bene te venisse gratulamur, & à *Syl-*  
*vestro* resalutatus narravit ei per omni-  
 um ordinem visionis. Et quæsit, quinam es-  
 sent isti duo dii, qui sibi apparuerant. *Syl-*  
*vester* respondit, illos non esse deos, sed  
 CHRISTI - JESU Apostolos. At *Con-*  
*stanti-*



stantinus petiit eorum imagines, si haberet, afferri. Quas cum *Sylvester* iussisset per Cleros afferri, intuens Imperator exclamavit dicens: isti sunt tales, qui mihi apparuerunt. Tunc *Sylvester* sibi jejunium indixit, & carceres aperiri monuit: deque fide instruxit, & catechizavit. Cumque constituto die in aquam baptismatis descendisset, mirabilis splendor, & lux ei emicuit per dimidiam fermè horam, quæ omnium & mentes exterruit, & aspectus obtexit, sicque inde mundus exurgens *Constantinus* Christum se vidisse confessus est cum Sanctissima ejus Matre **MARIA**, ex qua carnem humanam assumpserat. Prima igitur solempni die Baptismatis sui legem dedit hanc, quod **CHRISTUS** verus Deus deberet coli ab urbe **ROMA**. Secunda die legem dedit, quod quicumque **CHRISTUM** blasphemaret, graviter puniretur. 3. Ut quicumque Christiano faceret injuriam, bonorum dimidio privaretur. 4. Ut Romanus Pontifex in toto terrarum orbe per omnes nationes caput, & Rex haberetur. 5. Ut ad Ecclesiam confugiennes rei quicumque defenderentur. 6. Ut Ecclesiam



clesiam intra muros civitatis alicujus nul-  
 lus, nisi de consensu Episcopi ædificet.  
 7. Ut ad ædificationem Ecclesiarum decima  
 possessionum regalium tribuantur.  
 Octava die ipse ad Ecclesiam S. Petri pro-  
 cessit, diadema deposuit, in faciem proci-  
 dit ad terram, & lachrymas tantas fundens  
 ut insignia omnia vestis purpuræ perfundere-  
 derentur, se culpabilem, & indignum in-  
 troitu Ecclesiæ cum gemitu exclamavit.  
 Quot ibi lachrymæ ab omni populo fusa  
 sint, quis sufficit memorare? Tandem  
 exuens chlamydem, & accipiens biden-  
 tem, terram primus aperuit ad fundamen-  
 ta Basilicæ construenda, & 12. cophinos in  
 suis scapulis ad honorem 12. Apostolorum ex-  
 portavit terra plenos. Postremò dum *Con-*  
*stantinus* Imperialem Sedem, & authori-  
 tatem Imperii nec non Palatium Latera-  
 nense Romanæ urbis Episcopo, qui est ter-  
 tius mundi caput, dimisisset, ipse *Constan-*  
*tinopolim* recessit, & Orientalem Sedem  
 assumpsit. Igitur *Constantinus Magnus*  
 primus Imperator, Christiani nominis  
 propagator, Imperii Orientalis conditor,  
 bicipitis Aquilæ auctor, moritur An. *Chr-*  
*sti* 337. 2. post S. Sylvestrum Anno ætatis 68.  
 Imper



Imperii 31. postquam Ecclesiam Romanam ditasset. Non minorem humanitatem ostendit Justinianus I. Magnus Legumlator, qui obiit 565. & Carolus Magnus primus Germanorum Imper. Religiosorum protector obiit 840. Estque Leopold. I. in ordine 132. Romanorum Imperator. Sed, pro dolor, hoc imperium Orientale Anno 1420. cum 12. regnis, & plusquam 200. clarissimis civitatibus, capto Byzantio, ad immanem Christiani nominis juratum hostem Turcam transiisse, & Africam, Iberiam, Pannoniam mediam, Mysiam, Thraciam, Macedoniam, Illyriam, aliasque Orientis nobilissimas regiones Romanis ablatas barbarico nunc parere imperio, ac Christianos Reges, ac Principes licet potentissimos tanta inter se se divelli discordia, diffidentiaque, ut de Christi natali solo recuperando vix ulla spes affulgeat, quantumlibet, Sanctiss. D.N. Pontifex Max. *Alex. VII.* desudet, diximus in *Aurifod. nostra, in tract. de S. R. Imp. & Patrim. S. Petri*, pag. 1330. & *passim*. Occidentale verò imperium plena, & absoluta libertate per donationem Imperatorum cum urbibus, ac Provinciis Italiae



ad dominium Eccles. pertinere, quod vulgo *Patrimonium D. Petri* appellant, tradit Carol. Sigon. *de regno Ital.* l. 4. fol. 100. 107. 166. Et probat text. *in d. Nov. 7. de non alien. aut permut. reb. Eccl. c. 2.* Quid enim, ait Imp. prohibet, ne meliora det Ecclesiis, cui plurima dedit Deus habere, & multorum dominum esse, & facile dare, & maxime in Sanctiss. Ecclesiis, in quibus optima mensura est donatarum eis rerum immensitas, &c. Et infra: Utique cum nec multum differant ab alterutro Sacerdotium, & Imperium, & res Sacra à communibus, & publicis, quando omnia Sanctiss. Ecclesiis abundantia, & status ex Imperialibus munificentis, &c. Hoc notent adversarii, & vid. *leg. deprecat. 9. ff. ad l. Rhod. de iact. leg. cum multa, 7. Cod. de bon. qua lib. l. perfecta, 4. C. de donat.* Illarum urbium, quæ ad Patrimonium D. Petri, seu, ut ait text. *in Novell. Constit. 9.* ut etiam *Rom. Eccles. princip. vers. Quod igitur. Ad venerandam Romanam Sedem Summi Apostoli Petri* spectant, hodie sunt quamplurimæ in Italia & Francia, ut Roma, Bononia, Ferrara, Regium, Ravenna, Avenio, civitas Castelli, Marca Anconitana, Trebatia, Romandiola, Campania, & aliæ maritimæ Provincia; & non mari-



timæ per universum imperium ex dona-  
 tione Constantini acquisitum, licet per  
 alios administratum. Nec dicant adversa-  
 rii *Novellam* istam esse suspectam, quos re-  
 futat Duaren. *lib. 1. de Sacr. Eccles. Minist.*  
*cap. 1.* Nam reclamatur auctoritas omnium  
 librorum, ut ait Rinel. Imò sic omnia ju-  
 ra de mundo passim redderentur dubia, si  
 cuilibet daretur quævis corrigendi, ac ne-  
 gandi licentia; Cùm pientissimus Impe-  
 rator *in dict. Novell.* In honorem vene-  
 randæ Sedis Summi Apostoli Petri (*ut Eccle-  
 sia Romana 100. annor. gauderet præscriptio-  
 ne*) in æternum specialiter dedicaverit, atq;  
 consecraverit, quod Romanis (apud quos  
 etiam crucifixus est. Gothof. *in l. cunctos,*  
*C. de Sum. Trin.* ibi: *Petrum Apostolum tra-  
 didisse Romanis*) tradidisset, insinuasset, atq;  
 prædicasset fidem Christianam, & Romæ  
 Sedem fixisset. Unde Imp. Papale dilata-  
 tum est. Cæterum in causa donationis non  
 omnes æquè conveniunt, & donationem  
 Protestantes suspectam esse dicunt, quod 12.  
 ejus diversa instrumenta proferri posse ca-  
 villantur *Auct. com. ad donat. Constant. ad  
 Reg. Britan.* Alii namque Sedem Imperia-  
 lem, alii Rom. urbem, alii Palatium Later.



alii dignitatem Regalem, alii totum imperium Occidentale, alii Italiam concessam, ac datam scribunt. Alii quoque, referente Eusebio, Constantinum Imp. totum imperium tribus filiis divisisse, ac Constantinum Occidentalium partium, Constantium Orientalium, & Constantem interjectarum, nempe Italiae, & Illyrici Principes fecisse: Ita enim, ait Crantzius, tribuunt nonnulli Constantino Magno donationem illam Italiae, & Germaniae, & nescio quarum Provinciarum Ecclesiae Romanae factam; de qua Bart. *in Praefat. ad ff. num. 14.* Cum multa contra hanc donationem disputasset, tandem *Videte, inquit, quod Nos sumus in terris Ecclesiae. Idcirco dico, quod illa donatio valet, ut patet ex c. Constantinus, dist. 96. & c. ego Ludovicus, dist. 63. & in Aurfod.*

Et licet cap. illud proficiscatur à Bibliothecario Pontificis, ut ait Platin. *in vit. Paschalis.* Non minorem tamen meretur fidem. teste Gratiano, cum capitulum illud à Sede Apostolica sit canonizatum. Quamvis, ut ait Volater. *lib. 3. Geograph.* De donatione Romae, aliarumque civitatum, ac Provinciarum Italicarum à Rege Pipino Pontifi-



Pontifici facta, & à Carolo Magno, ejus-  
 que filio Ludovico Pio confirmata. Hanc  
 Ludovici donationem paulò aliter recitet,  
 quàm Gratianus, qui Calabriam, & Re-  
 gnum Neapolitanum includit: Nam Euge-  
 nio II. qui immediatè Paschali successer-  
 rat, ipsoque adhuc Ludovico Imp. vivente,  
 Lotharius I filius Ludovici in consortium  
 imperii assumptus à patre Romæ ex com-  
 missione Papæ politiam ordinavit, & Ma-  
 gistratus instituit, ut sic Ludovicus, vel Ma-  
 jores ipsius Romam imperii caput Ponti-  
 fici donatam stabilirent. Nec dici potest,  
 donationem Ludovici ipso jure fuisse nul-  
 lam, quod regiones imperii, aut Romam  
 caput alienare non potuisset, *l. bene à Zeno-  
 ne, C. de quadr. prescript.* Quia non erant  
 regiones ab imperio, sed à Ludovico, vel  
 Majoribus ejus jure gladii, aut belli acquisi-  
 tæ, quas alienare, sicut Constantinus impe-  
 rium donare potuit Sylvestro: Quare?  
 Quia Constantinus Imperatoris nomen re-  
 cusavit, & Christo imperium resignavit,  
 posteaquam per lavacrum regeneratio-  
 nis à lepra mundatus esset. Unde patet,  
 donationes esse validas, ac proinde tum  
 prædictas Provincias, tum ipsum impe-  
 rium



rium Occidentale ad Sedis Apostolicæ pertinere jurisdictionem Monarchicam, plura vide *in Aurifod. verb. Papa, & Patrim.*

## C A P. XV.

*De Regimine S. Pontificis tum per Leges, tum per Legatos. Et de auctoritate SS. Canonum.*

Postquam Constantinus Imper. Occidentale Romanorum Imperium Sedis Apostolicæ, seu, potius dicamus, Deo ejusque Vicario consecrasset, simul, omnem regimen totius Imperii, omnemque administrationem ad eum translatum esse patet *ex dictis, & tract. de orig. & progress. S. R. Imp. in Aurifod. nostra, verb. orig. &c.* Quia verò Sanctiss. D. N. Rom. Pontifex per se immediatè tantam molem respicere nequivit, sed vel per Cæsarem, & Proceres, ut *infra sub tract. de Imp.* Vel per suos Principes Cardinales, & Legatos gubernacula fieri demandavit. Ideò de his videndum, & notandum est, summa Legatorum duo esse genera: Aut enim sunt Papales, aut Cæsarei. De his vid. *Rom. Imp. in Aurifod. iur. publ.* Legatorum Sedis



Apostolicæ, seu Pontificiæ 3. sunt species, ut notat gloss. *inc. 1. de offic. Legat. in 6. Abb. inc. excommunicatis, ext. eod. Missi*, qui nec de Latere, nec nati munus Legationis à Papa suscipiunt, ut sunt Nuncii Apostolici, & Internuncii, *c. 1. de iurisdic. in 6.* Hi à Vicario Papæ distinguuntur, quod is in urbe duntaxat jurisdictionem habeat, *cap. penult. de offic. Vicar.*

*Legati nati sunt*, qui simul atque promoti, vel electi ad aliquam Ecclesiam ipso jure Legati sunt in sua Provincia: ut Archiepiscopus Coloniensis, qui nunc est *Maximilianus Henricus* Bavariæ Dux, & Princeps Elector, &c. Archiepiscopus Toleranus: Archiep. Magdeburg. olim ante lapsum totius Germaniæ primus, sed hodie propter hæresin ab Ecclesia segregatus, & diminutus. Cujus primatum nunc tenet Archiep. Salisburg. apud Bavariam: Archiep. Pragensis in Bohemia: Rhemensis in Gallia: Strigoniensis in Hungaria, &c. Vide Bald. *cons. 337.* Tertii sunt *Legati à Latere* Sum Pontificis, sive Eminentissimi S. R. E. Cardinales Presbyteri 28. Cardinales Diaconi 18. extra urbem in Campania maritima Episcopi 10. & Romæ 8. De quibus,



& aliis Patriarchis, vide *Aurifod. nostr. verb. Roma*. His æquiparandi sunt illi, qui etsi à Latere, sive Cardinales non sint, cum potestate tamen Legati à Latere missi sunt, qualis in hac sancta, & Imperiali Agrippinensium trium Coronarum Regina COLONIA Rheni est residens Illustriss. & Reverendiss. Princeps, ac Dominus, *D. Marcus Gallius Ecclesie Ariminensis Episcopus* ex Ducibus Albeti, & Atinæ Comitibus trium plebium superiorum in lacu Comensi, &c. SS. D. N. Alexandri P. VII. Ad Rheni Tractum, & inferioris Germaniæ partes cum potestate Legati à Latere Nuncius Apostolicus, &c.

Horum Nunciorum, seu Legatorum propria quædam sunt privilegia.

1. Quod à die discessus ab urbe usque ad diem reditus sui absolvere possint percussores Clericorum, tam eos, qui de Provincia sunt, quàm qui aliunde accedunt, arg. *d. c. excommunicatis*. Ubi gloss. & Bartol. *num. 2.*

2. Quod beneficia Ecclesiastica Provinciæ, ad quam mittuntur, conferre possint. Quod aliis Legatis, sive Nunciis concessum non est, ut diximus *in tract. de benef. Eccles.*

3. Quod



3. Quod etiam in exemptos Provinciae jurisdictionem exercere possint, *c. 1. de verbor. signif. in 6.* Ubi dicitur, quod Legatus à Latere Episcoporum, & Abbatum exemptorum electionem confirmare, & his in Episcopos electis deserendi Monasterium suum licentiam dare possit. Quod aliis Legatis communi jure non convenit, ut inquit Abb. *in d. c. 1. de offic. Legat.*

Porro Legati de Latere omnia possunt, quæ Papa, agere, ut beneficia intra Legationem vacantia conferre, excommunicare, absolvere, &c. Exceptis iis, quæ in signum singularis privilegii à S. Pontifice expediuntur, ut Episcopos de loco in locum transferre, unam Ecclesiam Cathedrali alteri subicere, duos Episcopatus unire, aut unum in duos dividere, dispensare in matrimonii impedimentis, &c. Quia hæc Legatis à Latere jure communi non competunt, sicut illa, ut constat ex *cap. nisi, & seq. de elect. in 6. & cap. quod translationem, de offic. Legat.* Quare si ejusmodi potestatem sibi specialiter à S. Pontifice concessam asserant, ejus rei fidem per literas authenticas facere debent, ut ait Abb. *in c. quod translat. n. fin.* Quamvis alii contrarium



trarium sentiant, quorum sententiam proxis confirmat. Quia Nuncii Apostolici magnis gaudent privilegiis, & autoritate Papæ, omnes Episcopi eis obedire debent. Quæ de re vide in *Aurifod. nostr. in tract. de Legat. Imp.*

Alii à Sede Apostolica ad Provinciam destinati cum ordinario officio Legati non à Latere solos Provinciales à censura Canonis absolvere possunt, & solum, dum in Provincia morantur, *d. c. excommunic.* Eo etiam jurisdictione inferiores sunt. Quod si Legatus à Latere in Provinciam superveniat, eorum interim officium, & jurisdictionis suspensa sit, *cap. volentes, de offic. Legat.* Ubi gloss. *vers. de Latere nostro.*

Deinde iidem Nuncii Apostolici, & quavis alii Delegati Papæ in causa illa particulari ipsis commissa majores sunt, & superiores ordinariis infra Papam, quia representant personam Papæ. Quare in ea causa ordinariis Episcopis & Archiepiscopis Sac. Rom. Imperii, & quibusvis aliis per totam Christianitatem præcipere possunt, & censuris etiam ad valvas Ecclesiarum affixis cohibere, si causam delegationis impedire velint, arg. *cap. sanè, de offic. ind. deleg.* Et notat



notat Hostiens. *ibid.* Abb. *in c. significasti,*  
*n. s. tit. eod.* Nam sicut Episcopus, sive per  
 se, sive per alium à se delegatum causas  
 Dicoesfanorum cognoscere, loca, & perso-  
 nas sibi subditas visitare potest, locorum  
 Parochis etiam non requisitis: ita similiter  
 & Papa seu per se, seu per alium à se dele-  
 gatum Christianorum causas cognoscere,  
 loca, & personas omnium Dicoesium visi-  
 tare potest, Episcopis ante non requisitis:  
 Neque enim potestas superioris depende-  
 re debet ab inferiore, etiamsi inferior ille  
 Episcopus, vel Archiep. è Ducali Serenif-  
 simorum Principum prosapia prodiret.  
 Quia cessat ejus jurisdictio. Ubi notandum,  
 quod cum Delegatus Papæ suo munere vi-  
 sitandi, v. g. Monasteria, fungitur, non pos-  
 sunt Episcopi, aliique ordinarii visitatio-  
 nem instituire. Quia per delegationem  
 censetur ablata jurisdictio ordinarii, ut non  
 possit procedere in causa alteri commissa,  
 nisi appareat, delegatum contra ordinem  
 juris, ac commissionis suæ procedere: Tunc  
 enim resisti potest per modum defensionis,  
 sicut & cuivis alteri privato, vide *Aurif. V.*  
*Legati.* Denique sunt aliqui *Legati nati* qui-  
 bus ratione particularium Eccles. suarum  
 nomen,



nomen, munus, ac dignitas Apostolicorum Legatorum perpetuo competit, de quibus in *Aurifod. i. r. publ. verb. Legati, pag. 89.* & *c. 1. de offic. Leg. in 6.*

Cæterum Serenissimi, & Eminentissimi S. R. E. Cardinales ordinariam jurisdictionem & quasi Episcopalem obtinent in Ecclesiis suorum titularum, *c. querelam, de elect. & c. his qua, de maiorit. & obed. in Ecclesiam universalem nullam habent jurisdictionem, etiam vacante Sede Papali nisi specialiter amandati fuerint, Clem. Romani, de elect. & c. ubi periculum, de elect. in 6.* Ubi jubentur Cardinales, mortuo S. Pontifice, post 10. dies exactos, quantum primum omni conatu, & sollicitudine Ecclesie Pastorem eligere, & se nequaquam de alio negotio intromittere, nisi urgente necessitas incidit, ob quam necesse sit Ecclesiam ab imminente gravi periculo defendere, *d. cap. ubi periculum.*

Ex Papæ verò commissione emergentibus dubiis circa morum reformationem & in judicialibus litibus Concilia, & Pontificia jura interpretantur. An verò hujusmodi interpretationes, sive declarationes Cardinalium vim legis, an solum sententia



tentiæ doctrinalis, vel judicialis obtineant,  
 pendent ex mente S Pontificis, & eas circa  
 Concil. Trid. vim legis habere, diximus  
*in Aurifod. iur. publ. verb. ius Canon.* Per  
 hos itaque Legatos, Nuncios, & Ministros  
 Apostolicos Papa Christianitatem defen-  
 dit, eisque regimen committit, ut vigore  
 Canonum, qui non minus, quàm ipsæ Cæ-  
 sareæ Constitutiones, auxilii porrigunt,  
 eum sint columna justitiæ, & frenum ini-  
 quitatum: de quibus sic ait Imp. *Denique*  
*Romana, & Apostolica Sedis reverentiam,*  
*& Principatum non tantum nos decet conser-*  
*vere, in omnibus ei subicere, & ad eius uni-*  
*tatem deducere omnia, & sequi in omnibus,*  
*l. inter claras, C. de Summ. Trinit. Sed etiam*  
*eius Sacras Regulas pro legibus habere, l. cum*  
*Clericis, 25. C. de Episc. & Cler. l. 12. Cod. de*  
*SS. Eccles. Omnes, inquit Impp. Valent.*  
*& Marcian. pragmaticas sanctiones, qua*  
*contra Canones Ecclesiasticos intervntu gra-*  
*tia, vel ambitionis elicitæ sunt, robore suo, &*  
*firmitate vacuatas cessare præcipimus. Et*  
*text. in Novell. 5. de Monach. in fin. ibi: Ea,*  
*que Sacris Regulis continentur, quas nostra se-*  
*quitur lex. Et Novell. 6. quom. oport. Episc.*  
*& reliq. ad ordinat. Bene autem, inquit, uni-*

G versa



versa geruntur, & competenter, si rei priu-  
 pium fiat decens, & amabile Deo. Hoc au-  
 tem futurum esse credimus, si Sacrarum Re-  
 gularum observatio custodiat, quam iusti-  
 & laudandi, & adorandi inspectores, & Mi-  
 nistri Dei verbi tradiderunt Apostoli,  
 Sancti Patres custodierunt, & explanarunt  
 §. 7. & 8. in ead. Novell. Eo quod à pre-  
 dentibus Nos Imperatoribus, & à Nobis ip-  
 recte dictum est, oportere Sacras Regulas  
 legibus habere. Et Novell. Const. 42. de de-  
 sit. Antym. & Severi, per tot. Et Novell. Con-  
 stit. 83. Vt Clerici apud prop. Episc. c. 1. Ubi  
 ait: Sacras, & divinas Regulas leges civiles  
 non dedignari sequi. Et l. Sacros, 45. Cod.  
 Episc. & Cler. Sacros autem, inquit, Canonum  
 non minus, quam leges valere, etiam Nos  
 volumus leges, sancimus obtinere in illis, & quae  
 Sacris visa sunt Canonibus, perinde, ac si cir-  
 libus inscriptum esset legibus. Et infra: Quia  
 enim Sacri Canones prohibent, id etiam Nos  
 per Nostras abolemus leges. Novell. 131.  
 Ecclesiast. tit. c. 1. Nulli itaque fas est,  
 velle, vel posse transgredi Apostolica Sacra-  
 praecepta, inquit D. Gregor. cap. nulli sacra-  
 dist. 19. Unde evidenter apparet, quanto  
 pere deferant Sacratissimi Imperatores  
 Summo



Summorum Pontificum authoritati, ac regimini, non ab heri, vel nudius tertius, sed à mille centenis annis: Quanto magis ab eo tempore, quo Rom. Imperium Occidentale per liberam Constantini M. liberalem, & Deo gratissimam donationem ad Sedem Apostolicam translatum, & per Romanos Principes, & Imperatores gubernatum est. Abeant itaque in malam crucem, qui Divi Petri Apostolorum Principis Sedi Romanae invident, & omnem authoritatem, & superioritatem Papæ auferre, & regimini seculari tribuere præsumunt.

## CAP. XVI.

*De Residentia Summi Pontificis.*

**T**Ametsi Residentia Summorum Pontificum quandoq; interrupta fuerit à 7. Pontificib. Gallis, nempe Clem. V. Jo. XXI. Bened. X. Clem. VI. Innoc. VI. Urban. V. & Greg. XI. quibus natale solum dulce videbatur, dum *Avenione* in Galli Residentiam per spatium 73. fecerunt. Attamen translatio fuit Curia, & personarum duntaxat, non dignitatis Pontificatus: Iure quippe divino secundum Canonistarum,



& Theologorum communiorem sententiam, (quam piam, & probatissimam appellant Bellarm. Bensonius, & alii) Episcopatus Romani Primatus Ecclesie annexus est, ita ut aliò transferri, aut ipso carere non possit, sicque dignitas Pontificatus semper remanserit in illis Pontificibus conjunctis Ecclesie Rom. ut patet in *Clem. de iure*  
 Quæ ita habet: *Romani Principes Orthodoxe fidei Professores Sacro-Sanctam Romanam Ecclesiam, cuius caput est Christus Redemptor noster, ac Romanum Pontificem eiusdem Redemptoris Vicarium fervore fidei, & clara devotionis venerantes, &c.* Unde dicitur *Ecclesiam Romanam errare non posse, Novell. 132. de interdict. Colleg. heret. & text. l. inter claras, C. de Summ. Trinit. l. cognoscere, 7. C. eod. Et Novell. 6. c. 1.* Quod intelligunt de Rom. Ecclesia, donec in Apostolica Sede permanet, non autem absolutè, & simpliciter. Quare dicunt, iure divino non esse annexum supremum Pontificatum Episcopatus Rom. sed tantum factò D. Petri, qui cum primatum à Christo accepisset, Antiochenam Sedem deseruit, & Romæ Sedem suam usque ad mortem figere voluit, ideoque docent, Eccle-



sic constitutione fieri posse, ut Summus  
 Pontifex Sedem Romanam cum altera  
 mutare, seu aliò transferre possit, aut etiam  
 nulli se Sedi mancipare, ut dicatur ibi esse  
 Romam, ubi est Pontifex, sicut dicitur ibi  
 esse Imperium, ubi est Imperator, arg. *leg.  
 cunctos, C. de Summ. Trinit.* Ubi liquet Di-  
 vum Petrum Summum Apostolorum fuisse  
 Romæ, ibique Sedem tenuisse Pontifi-  
 calem, & *d. l. inter claras.* Ubi Romana Ec-  
 clesia appellatur *Veneranda Sedes Summi  
 Apostoli Petri*, qui hujus Apostolicæ Se-  
 dis author est. Et dicitur *Sancta, ac Vene-  
 randa*, quia Sanctuarium reliquiarum ibi  
 habetur, ut infra: Quod autem nefandus  
 ille sacrilegus, & adulter M. Lutherus ejus-  
 que nepotes *Meretricem Babylonicam* ap-  
 pellent, non venit intelligendum de Eccle-  
 sia Rom. vel Sede Apostolica, sed de Ro-  
 ma Ethnica, idololatra, ac infideli.

Est itaque Sedes, & residentia S. Pontifi-  
 cis *Roma*, totius Orbis terrarum caput, ac  
 Domina, non tam gloriosa olim ob ampli-  
 tudinem Imperii, (quod ab Herculis Co-  
 lumnis, seu fluvio Tygri usque ad Euphra-  
 tem, & ab Anglia usque ad Atlantem ex-  
 tendebatur,) quàm hodie ob ipsam Sedem



S. Pontificis, Eminentissimorum Cardinalium, Patriarcharum, ac Principum basilicata Palatia. Condita fuit à *Romulo* Anno ante natum Christ. 751. Hæc urbs tot Imperatores totius orbis dominatores tulit, tot Summos Pontifices veros Dei Vicarios habuit, & usque ad finem mundi habebit. Et ad eam omnes gentes convertentur per eandem in prædicatione Orthodoxa ante finem mundi: Hoc præviderat *Isaias* in spiritu c. 60. & seqq. dum ait: *Et venient ad te curvi, qui humiliaverunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi, & vocabunt te civitatem Domini, &c.* vide de *Aurifod.*

Habet in ea Pontifex Max. sub se 5. Ecclesias Patriarchales, quæ sunt Ecclesia S. Io. Lateranen. S. Petri Monasterium, S. Pauli intra muros, S. Maria Major, & S. Laurentii Monast. His Ecclesiis assignati Episcopi. Primus est S. Pontif. reliqui sub eo: Ostiensis, qui Patriarcha Campaniæ, & Papatu consecrat. Huic iunctus est Velletrensis, seu Valerianensis: Portuensis, sive SS. Ruffinæ & Secundæ: Sabinensis, Tusculanensis, Prænestinus, Albanensis. Eisdem Ecclesiis assignati Presbyteri Cardinales 28. Et Diaconi



ni Cardinales 18. extra urbem in Campania  
maritima Episcopi 10. Agnaninus, Alatri-  
nensis, Fundanus, Tiburtinus, Sagninus,  
Terracinensis, Verulanus, Feretinus, Sora-  
nus, Aquinus.

Habet etiam sub se Pontif. per alias orbis  
ditiones 4. Patriarchales Ecclesias, qui-  
bus alia plurimè subiunt Ecclesiæ, Con-  
stantinopolitanam, Alexandrinam, Antio-  
chenam, Hierosolymit. Sed hodie vix  
umbram habent, postquam Turca ingres-  
sus est. Accedit quod divina providentia  
factum sit, ut Hierosolymæ urbis, ac templi  
præcipua ornamenta Romam translata  
sint, & in publico triumpho solemniter  
circumportata: Constat enim hanc cla-  
dem Iudæorum urbis, ac templi à Pro-  
phetis prædictam, ac coelitus missam pro-  
pter crudele facinus in Messiam illatum.  
Hoc Dei admirabile consilium omnes me-  
ritò considerare, ac magnis laudibus pro-  
sequi deberemus; sed ornamenta, quæ ex  
Ierusalem Romam translata sunt, videa-  
mus. Sunt itaque 1. Lex Moysis cum velis  
purpureis posita in Capitolio Iovis.

2. Mensa aurea ponderis talenti magni,  
quæ stabat olim in Templo Salomonis.

G 4

3. Cande-



3. Candelabrum aureum, similiter Templi pars decora: Utraque posita in Templo pacis Romæ, teste Josepho *lib. 7. cap. 24. de bello Iudaico, & in Aurifod. nostra.*

4. Arca Fœderis cum Thesauris suis, est, cum Virga Aaronis, & Tabulis Moyse adhuc Romæ servantur in Ecclesia S. Joannis de Laterano, teste Adrichom.

5. Quatuor Columnæ, & Panes propositionis, & alia Vasa Templi, ut idem testatur, Romæ ostenduntur ex victoriâ Hierosolymorum obtenta. Contigit iste Triumphus Anno Christi 72. Calendis Julii, cum S. Petrus Princeps Apostolorum Cathedraliam suam Romæ collocasset ante annos 28, & ante annos 3. cum Co-Apostolo suo Paulo eandem urbem sanguine suo purpuratam consecrasset, ac mirifico splendore illustrasset.

Ab eo tempore gloriosum fuit cunctis Christiani orbis Regibus, ac Principibus vidisse Romam, & SS. Apostolorum limina salutasse, ipsumque Christum Redemptorem nostrum in supremo Vicario suo Pontifice Maximo pedum osculo honorasse, utpote qui universam gubernat Ecclesiam, & gubernabit usque ad finem sæculi: sicut demor-



demonstravimus in *Aur. fodin. iur. publ.*  
pag. 1555.

Olim porrò ante Electoratum Romani  
Cæsares, non alibi, quàm in Romana urbe  
creabantur ante Christum à populo, post  
Christum à Papa cum solemnibus diadematis  
impositione, & inunctione, maximè in  
translatione Imperii Occidentalis, ut ubi  
Caput Christianorum esset, eò & cætera  
membra confluerent. Quamvis ergò Ro-  
mani Pontifices de plenitudine potestatis  
suar possent absolutè alibi, quàm Romæ  
commorari, ut diximus supra contigisse  
tempore translationis Curia Romanæ in  
Galliam à Clemente V. Guascono factæ  
Anno 1305. usque ad annum 1376. quo  
Greg. XI. Curiam iterum transtulit in ur-  
bem; sine gravissimis tamen rationibus Cu-  
ria Rom. aliò transferenda non est: Tum  
ut ubi est fons, & principium Sacerdotii per  
D. Petrum, & terminus vitæ SS. Apostolo-  
rum Petri, & Pauli, qui Romæ gloriôsè oc-  
cubuerunt, eorumque ossa in SS. Basilicis  
summa veneratione, ac regali munificen-  
tia condita sunt, ibi legitimi in officio Pon-  
tificatûs successores foverent domicilium  
in eadem veneranda Sede Summi Apostoli  
Petri,



Petri *d. l. cunctos, Novell. 9. & l. fin. Cod. de  
 his, qui veniam at at. arg. l. 1. ff. de acquir. vel  
 amitt. possess.* Tum quia Summus in Eccle-  
 sia Pontificatus conjunctus cum Ecclesia  
 Romana, ita ut idem sit Episcopus Roma-  
 nus, & Papa. Etsi, ut diximus supra, non  
 omnes conveniant, an primatus jure divi-  
 no ita sit conjunctus, ut quicumque est Epi-  
 scopus Romanus, sit etiam jure divino  
 Pontifex: Nam Bellarm. & alii existimant,  
 non esse de fide, à Romana Ecclesia non  
 posse separari Apostolicam Sedem, cum id  
 nullibi constet, &c. Tum quia omnia ferè  
 Sacra, quæ olim ad Christianam Religio-  
 nem spectabant, & Hierosymis servaban-  
 tur, Romam translata sunt, ut à Summo  
 Dei Vicario custodiantur. Tum quia Ro-  
 ma retinuit Sedem Petri, in qua successores  
 sedere debent, & est communis omnium  
 Patria, in qua omnes ferè Nationes propter  
 sanctitatem loci, & corpora Martyrum pro-  
 prias habent Ecclesias, Hospitia, Xenodo-  
 chia, Sacerdotes, & ex Sacro - Sanctæ Ro-  
 manæ Ecclesiæ Cardinalibus proprios illo-  
 rum protectores, ac defensores: Nam præ-  
 ter commune Hospitium SS. Trinitatis  
 propè pontem, qui dicitur *Xisti*, à Xisto IV.  
 Ponti-



Pontifice Max. in quo aliquando in magno concursu populi, decem aut quindécim millia Hospitum plus, vel minus, & cum semel tempore Iubilæi totius anni hospites in hoc Hospitali connumerati essent, inveniebatur hospitio exceptos fuisse 50000. præter Hospitium pauperum Sacerdotum peregrinorum, in quo excipiuntur per mensem, & ultra.

His accedunt Collegia nationalia:

Primum autem nationale, quod occurrit, est *Teutonicum*, seu Germanicum Virgini sub titulo *de Anima* dicatum, quod Anno 1350. originem habuit, sedente Clemente VI. & imperante Carolo IV. ex causa Iubilæi à quibusdam Germanis, qui cum prole carerent, proprias ædes Hospitalitati peregrinorum, qui è Provinciis Imp. subjectis Romam venirent, fundatum.

Secundum est *Hispanicum* An. 1450. ab Alphonso de Paradinas, & Ildefonso Tolentino in honorem S. Iac. Patroni fundatum.

Tertium est *Gallicum* S. Ludovico Regi dicatum.

Quartum est *Lusitanicum* sub Nicolao V. Pontifice Max. Anno 1450. primum edificatum, Authore Fœmina nomine



Joanna de Ulyssipone, postea verò sub invocatione D. Antonii de Padua, ad quam plurimi peregrini confluunt.

Quintum est *Anglicum* sub Bonifacio IX. An. Domini 1398. originem suam habuit Authore Ioanne Skopando Anglo, tunc urbis incola, &c.

Sextum est *Flandricum* inferioris Germaniæ à Roberto Comite Flandriæ, cum Hierosolymas sub Urbano II. An. 1194. Romam pertransiens tenderet, in subsidium peregrinorum restauratum.

Septimum est *Hispania Citerioris*, quæ hodie continet Valentiam, Aragoniæ regnum, Cataloniam, Insulas Baleares, & Sardiniam, à Castellanis primùm A. 1495. institutum, ac deinde Anno 1570. locupletatum.

Octavum Hospitium est *Hungaricum* à S. Stephano Rege fundatum: Hic enim cum Baptismatis lavacro An. Domini 987. regeneratus Hierosolymas, Constantinopolim, & Romam magno totius regni Nobilium numero comitatus inviseret, in singulis dictis urbibus Hospitia subditis suis, qui eadem loca visiterent, regali munificentia ac pietate ædificavit, Romæ quidem



dem in ipso Vaticano propè Basilicam S. Petri.

Nonum est *Bohemicum* à Spironco ex Duce primo Rege ædificatum, qui nova Majestate lætus sub Anno 931. urbem accedens Hospitium popularibus suis fundavit. Quod jam ruinosum Carolus IV. Augustus sub Anno 1397. pristino nitore restituit.

Decimum est *Suevorum, Gothorum, & Vandalorum* à S. Brigitta, cum pietatis causa Romam circa Annum Domini 1344. venisset, inter reliqua Religionis monumenta genti suæ fundatum propè Campum Floræ in iisdem, quas inhabitabat ædibus, Quod simul Suecorum est.

Undecimum est *Scotorum* Hospitium in Campo Martis, illique junctum Sacellum D. Andreae regni Patrono dicatum. Cum Mahometes octavus Turcarum Imperator, seu potius tyrannus Constantinopoli expugnata, universam Græciam, ac Illyricum illi contiguum ferro, & flamma devastasset, Romæ à tribus Illyricorum Episcopis primum fuit exædificatum Hospitium, quod postea Sixtus IV. Pontifex Max. amplissimis donavit beneficiis, templumque juxta illud D. Hieronymo sacrum fecit, id-  
que



que honoris causa titulo Cardinalatus decoravit. Illud deinde Sixtus V. quia illi in titulum obvenerat, dejecit, ac alterum augustius è tiburtino lapide magnificentissimè à fundamentis extruxit.

Duodecimum est *Longobardicum* Hospitium, & templum D. Ambrosio Archiepiscopo Mediolanensi sacrum, quod Infubres, sive Longobardi Romæ anno Domini 1471. sub Sixto I V. Pontifice Max. fundarunt.

Decimum tertium est *Ligurum*, seu *Ianuenisium* Meriaducis Cicadae Nobilis Ianuensis Sixti I V. Pontificis Max. Quaestoris Nummularii pauperibus Nautis destinatum sub an. 1483. Quod religiosum opus valdè postea promotum fuit anno Domini 1551. à Ioanne Bapt. Cicada S. R. E. Card. qui hospitalitatem à Nautis ad omnes Ligures viros, ac mulieres peregrinantes extendit.

Decimum quartum est *Britonum Gallor.* D. Ivoni Trecorensi dicatum, ubi recipiuntur quotquot recenter Romam tam viri, quàm mulieres ea è natione veniunt.

Decimum quintum est *Indorum*, qui in hac communi omnium patria suo quoque gaudent Hospitio, quod assignavit eis in ipso



ipſo Vaticano Clem. Papa VII. cui Greg. liberaliter addidit, ut victui neceſſaria à Palatio Apoſtolyco ſplendide erogarentur, nullumque Hoſpitibus ob ingentem diſtanti- am præſcribitur manendi tempus, ſed ſi perpetuò manſerint, perpetuò aluntur.

Decimumſextum eſt *Armenorum*, qui priùs cum Indis hoſpitabantur: poſt adven- tum verò Sepher Abagari Armeni gentis ſuæ Oratoris ad Pium IV. Pontificem Max. idem Pontifex an. Domini 1564. genti Ar- menæ aſſignavit Hoſpitiũ propè Inſulam Tyberinam. Quod cum Pius V. ſucceſſor in Hebræorum ſep̄to occluſit, Greg. XIII. ne iſdem muris Chriſtiani unà cum He- bræis continerentur, Armenos tranſtulit ad Eccleſiam S. Mariæ Ægyptiacæ non procul diſtantiem.

Decimumſeptimum eſt *Polonicum*, quod Stanislaus Hoſius S. R. E. Cardinalis Var- mienſis obtenta priùs à Greg. XIII. licen- tia Polonis ſuis unà cum Eccleſia quod vi- vens non potuit, teſtamento juſſit à funda- mentis exædificari, & Salvatori, ac D. Sta- niſlao dicari, &c.

Sunt & alia Hoſpitalia communia pro curandis infirmis, in quibus rectè ſubd: Ao



subducto numero sternuntur quotidie le-  
 etuli 1500. qui invalescente morbo etiam  
 solent multiplicari: Et sic omnes nationes  
 habent in Sancta Romana Pontificis resi-  
 dentia sua peculiaria Receptacula & Ho-  
 spitia, ut Galli in Hospitio S. Ludovici, Ca-  
 stellani in Hospitio S. Iacobi, Flandri seu  
 Belgæ in Hospitio S. Iuliani, Lusitani in  
 Hospitio S. Antonii, Insubres seu Longo-  
 bardi in Hospitio SS. Ambrosii, & Caroli  
 Borromæi, Ianuenses, seu Genuenses in  
 Hospitio S. Iohannis Baptistæ, Armeni in  
 Hospitio S. Mariæ Ægyptiacæ, Arragonen-  
 ses in Hospitio Virginis de Montserrat.  
 Britones, & Angli in Hospitio S. Ivo-  
 nise, Dalmatæ, & Croatæ in Hospitio S. Hiero-  
 nymi, Bergamenses in Hospitio SS. Bar-  
 tholomæi, & Alexandri, Florentini in Ho-  
 spitio propè templum S. Ioan. Baptistæ  
 Senenses apud templum S. Catharinæ Se-  
 nensis via Iulia, &c. Hæc & plura alia præ-  
 ter Pœnitentiarias omnium linguarum de  
 mundo pro confessionibus cunctarum na-  
 tionum excipiendis Romæ erectas. Vide in  
*Aurif. nostra.* Et confirmat R. P. Dominus  
 SS. Trin. Carm. Disc. in suo Tract. Polemi-  
 co de Anno Iubilæi.



Jure ergò meritò Rom. Pontifex, qui est orbis Caput, residet in Principe urbe Roma, ad quam convertentur omnes gentes ante finem mundi, ut fiat unum ovile, & unus Pastor.

## C A P. XVII.

*De differentia Jurisdictionis inter Papam, & Cæsarem.*

Docet S. Bonavent. *lib. de Ecclesiast. Hierarch. part. 2. c. 1.* Summum Pontificem posse Imperatorem, & Reges deponere, ut qui supremam in orbe Christiano habeat potestatem, idque *c. 13 & in Aurifod. iur. publ.* distinctè insinuavimus, potestatem Episcoporum & ipsiusmet Papæ esse purè spirituales, sed majorem temporali, ita ut temporalis sit subjecta spirituali, non contra, ita tamen, quod Papa, ut Papa ordinariè temporales Principes eo modo, quo Episcopos non possit deponere, licet possit mutare regna, & uni auferre, & alteri conferre, tanquam Summus Princeps spiritualis, si hoc sit necessarium ad animarum salutem, tametsi non sit ipse Princeps Ec-

H

clesiæ



P  
 clesie politicus, qui legem civilem conde-  
 re, vel abrogare possit, nisi salus populi  
 aliud suggerat: Quo in genere servatur,  
 quod diximus in *Auris. verb. ius Can.* Et  
 tradit gloss. ad *cap. possessor, de reg. iur. in 6.*  
 Quod quando de eadem re contrariae re-  
 periuntur leges, Imperatoria, & Pontifi-  
 cia, si materia legis est res animarum peri-  
 culum concernens, abrogatur lex Impera-  
 toria per Pontificiam, ut est text. *in c. fin. de  
 prescript.* Ubi Papa abrogavit legem Cæsa-  
 ream, quæ habetur *C. de prescript. 30. vel 40  
 annor.* Etiam mala fide, quia non poterat  
 servari sine peccato mortali: Quando vero  
 lex civilis non concernit animarum peri-  
 culum, utraque in suo foro servanda est.  
 Alioquin ubi est periculum, potest Papa ad-  
 sumere etiam temporalia iudicia, ut si duo  
 summi Reges contendant, vel quando qui  
 possunt, & debent iudicare, nolunt ferre  
 sententiam, *c. per Venerabilem, qui filii sim  
 legit.* Ubi Innoc. III. dicit, S. Pontificem  
 solum casualiter, & incidenter exercere iu-  
 risd. temporalem. Unde si Principes Ele-  
 ctiores S. R. Imperii eligerent Imperato-  
 rem, aut Regem infidelem, aut hæreticum  
 & extraneum, Pontificis est iudicare Re-  
 gen-



gem esse deponendum, vel ipsum depone-  
 re, *extravag. unam Sanctam, de maiorit. &*  
*obed.* Ubi Bonifac. VIII. probat, in po-  
 testate Papæ esse utrumque gladium. Quia  
 Papa per se, & propriè habet gladium spi-  
 ritualem, & quia gladius temporalis subje-  
 ctus est spirituali, potest Papa Regi impe-  
 rare, aut interdicare usum gladii tempora-  
 lis, si id necessitas Ecclesiæ requirit. Ete-  
 nim Romanum Principem debere esse Ca-  
 tholicum, nedum *in Aur. Bull. Caroli IV.*  
*Sed & text. est in l. inter claras, 8. C. de Sum.*  
*Trin. Nov. 6. quom. oport. Episc. Nov. 132.*  
 Siquidem pax Ecclesiæ, & Cathol. Religio-  
 nis unitas custodit Principem in summa tran-  
 quillitate, *d. l. 8.* Et Imperium sustinetur per  
 sanctas Ecclesias, *l. 43. C. de Episc. & Cleric.*  
 Quæ potentem Imperatorem deposcunt:  
 Nam ideò Leo III. Imperium transtulit  
 à Græcis ad Germanos, quod Græci nullum  
 auxilium laboranti Ecclesiæ Occidentali  
 adferre possent. Ex quo factum est, ut li-  
 cet imperatoria dignitas absolutè conside-  
 rata non esset à Pontifice, sed à Deo me-  
 diante jure Gentium, tamen Imperatores,  
 qui fuerunt à tempore Caroli M. Pontifi-  
 ci suum debeant Imperium: quod enim hæc



potestas nunc sit apud Germanos, à Pontifice est; & licet absolutè non esset necessarium, ut Papa confirmaret Imperatorem, nec ut Imperator Summo Pontifici iuramentum fidelitatis præstaret: tamen à tempore translati Imperii in Germanos, utrumque requiritur, teste Innoc. III, c. *Venerabilem*, extr. de elect. & Clem. un. de iure iur. Qui enim potuit imperium Germanis conferre propter Ecclesiæ salutem, potuit etiam certas condiciones adungere, ne contingeret hæreticum, schismaticum, vel extraneum creari, vide *Aurifod.*

## C A P. XVIII.

*De Fide, ac Religione S. Pontificis,  
& omnium Christi fidelium.*

**I**oannes Calvinus Sodomita celebrissimus, & propter cauterium, quod pro sceleribus in dorso receperat, à Fide de Catholica, & Orthodoxa alienus, Apostata in signum vindictæ ferri candentis de scelere labitur in scelus, & perfrictus frontis socius insignem calumniandi, atque mentiendi libidinem demonstrat, dicitur



lib. 4. *Instit. c. 7. §. 27.* ait, Romanum Pontificem cum Cardinalibus docere, nullum esse Deum, nullum Christum, nullam resurrectionem, verba ejus hæc sunt: *Quasi verò dubium sit, qualem Religionis speciem profess sint iam pridem Pontifices cum toto Cardinalium Collegio, & hodie profiteantur: Primum enim arcana illius Theologia, qua inter illos regnat, caput est, nullum esse Deum. Alterum, quaecunque de Christo scripta sunt, mendacia esse, ac imposturas. Tertium de vita futura, & ultima resurrectione meras esse fabulas: Iam pridem hæc ordinaria esse capit Pontificum Religio: Quid hoc mendacio mendacius?* ait Rintel. *c. 82. Jur. Rom.* Et certè, si hoc à flagitiosissimo Calvino probari posset, quod tam audacter mentitur, Papanon esset, nec Deus esset, & nemo Christianus sub Sole: *Eiusmodi quippe hereticos, ait Joan. Corasius lib. 3. Miscell. 8. num. 13. Qui ipsum Deum negant, virtutemque divinam tollunt, non vivos modò comburendos, sed & aliis exquisitis, gravioribusq; penis, & suppliciis, si quæ duriora excogitari possint, plectendos.*

Certè totimundo palam est, S. Pontificem, ejusque sequaces, non aliter credere, quàm



quàm à Salvatore nostro, ejusque SS. Apo-  
 stolis scriptum, aut traditum est ante 1600  
 & ab Imp. nostro Iustiniano ante mille,  
 plures annos in corpore juris expressum  
 in *l. cunctos*, *Cod. de Summ. Trinit.* & in  
*Cathol.* Ubi text. *Cunctos populos*, ait, qui  
*Rom. regit imperium, in tali volumus religio-*  
*ne versari, qualem D. Petrus Apostolus tra-*  
*didisse Romanis religio usque adhuc ab ipso*  
*sinuata declarat, quamque Pontificem Domi-*  
*sum, & Petrum Alexandria Episcopum*  
*rum Apostolica Sanctitatis sequi claret.* Ad  
 in *d. l. 1. n. 3.* & *l. inter claras*, *C. eod.* Quibus  
 adde *Novell. 109. de privil. dot.* Præfata au-  
 tem *l. cunctos*, à Gratiano, Valentiniano,  
 Theodosio Imppp. publicata circa annum  
 Domini 392. Et ab Episcopo Thessalon-  
 censi scribitur, Theodosium Imp. hanc  
 dei suæ confessionem emisisse, simul atque  
 baptizatus fuerat: Quam *l. cunctos*, qui  
 coelestem vitam aspirant, sectari necesse  
 est. Ubi JC. Catholici monent, ex hac *l. cun-*  
*ctos*, colligi: Quod si quis interrogetur  
 fide, sufficiat respondere, se credere, sicut  
 Sacro-Sancta Romana Ecclesia, nec habet  
 opus explicitè respondere de singulis arti-  
 culis, nisi Rector, aut Prælati fuerit, *c. 1. l.*

Summ



*Sum. Trin.* Et ibi Hostiens. qui notat, Eccles.  
nunquam carere Doctoribus, *d. Nov 109.*

Est autem hæc Religio D. Petri sine du-  
bio nominanda fides Christiana, Aposto-  
lica, Evangelica, Romana atque Catholi-  
ca, id est, quæ una est Domini, & Dei No-  
stri Salvatoris JESU CHRISTI magisterio  
instituta, & Propheticis, Apostolicisque  
prædicationibus ubique diffusa, & Sancto-  
rum per totum orbem Confessionibus ro-  
borata, Patrum, atque Doctorum senten-  
tiis coadunata, & nostræ doctrinæ consen-  
tanea, *Rubric. ad d. l. cunctos populos, C. de  
Summ. Trinit. & fid. Cathol. l. cum Salva-  
torem, 6. §. 1. C. eod. & per tot. Ubi Christia-  
ne fidei Symbolum, & unum Deum in Tri-  
nitate, & Trinitatem in unitate veneramus:  
Neque enim quarta personæ adiectionem ad-  
mittit S. Trinitas.* Similiter Apostolicas, &  
Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejus-  
dem Romanæ Ecclesiæ observationes, &  
Constitutiones firmissimè admittimus, &  
amplectimur, *l. cum recta, 5. C. eod.*

Item Sacram Scripturam juxta eum sen-  
sum, quem tenuit, & tenet Sancta Ma-  
ter Ecclesia, cujus est judicare de ve-  
ro sensu, & interpretatione Sacrarum



Scripturarum, admittimus, nec eam unquam, nisi juxta unanimum consensum accipiemus, & interpretabimur, *Novell. 12 cap. 12. & Novell. 133.* Quod si verò de quodam fidei articulo sit dubium, recurritur ad S. Pontificem, *l. nemo, 4. l. inter claras, C. eod. l. quoniam, 33. C. de Episc. & Cler.* Nam quemadmodum Imperator solus interpretatur leges dubias, *l. 1. & leg. 9. Cod. de leg.* Ita supremus Christi Vicarius solus interpretatur leges divinas, *l. 6. C. de SS. Eccl.* Ejus enim est interpretari, cujus est condere. Vide supr. ubi quod Rom. Pont. sit Iudex controversiarum fidei.

Profitemur quoque septem esse verè, & propriè Sacramenta Novæ Legis à IESU Christo Domino Nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnibus singulis, necessaria; scilicet *Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam-Untionem, Ordinem, & Matrimonium*, illaque gratiam conferre, & ex his *Baptismum, Confirmationem, & Ordinem* sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione re-  
tione



cipimus, & admittimus. Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in Sa-ro-Sancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplectimur, & recipimus.

Profitemur pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis, & defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, unâ cum anima, & divinitate D N. Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem; quam conversionem Catholica Ecclesia *Transubstantiationem* appellat. Fatemur etiam, sub altera tantùm specie totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi, *Trid.* Constantè tenemus, Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari: Similiter & Sanctos unâ cum Christo regnantes venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas, *Novell. 133. quomod. oport. Monach. vivere c. 3. & §. que verò. Auth. de nupt. vers. Nos igitur. gloss. ibid. ver. &*

H s

defunct.



*defunct.* Tandem, inquit Imp. Iustinian  
*consideravimus oportere defuncti anima me-*  
*deri, &c.* Quò pertinet, quod Religiosi pro  
 omnium salute fundendis debeant vacare  
 precibus, *l. certissime, 3. C. de Episc. aud.* De  
 invocatione SS. est text. in *l. 1. C. de offic. Pra-*  
*fect. Prat. Afric. vers.* Hoc etiam deprecante  
*exoramus Sancta, & gloriosa semper Virgine*  
*& Dei Genitricis MARIE precibus, ut quic-*  
*quid minus est Reip. nostrae, per nos ultimos ser-*  
*vos restituat in suo nomine Deus, & dignos nos*  
*faciat servitium eius adimplere, &c.* Nov.  
*ut iud. sine quoquo suffrag. fiant. Rubr. insin-*  
*randum, quod praestatur ab his, qui admittunt*  
*suscip. coll. 2. tit. 3.* Ubi Iuro ego, inquit text.  
*per Deum Omnipotentem, & Filium eius uni-*  
*genitum D. N. I. C. & Spiritum S. & per*  
*gloriosam Dei Genitricem, & semper Virginem*  
*Mariam, & per 4. Evangelia, quae in manibus*  
*teneo, & SS. Archang. Mich. & Gabr. puram*  
*conscientiam, germanumq. servitium me ser-*  
*vaturum.* Et est ratio, si Sancti hic in terra  
 constituti orant pro nobis & Dei providen-  
 tiam nobis acquirunt, *l. 8. C. de Sum. Trinit.*  
 Quanto magis in caelis, *Nov. 133. quom. q.*  
*Mon. c. 5.* Unde par est, eorum reliquias ser-  
 vari, & honorari, *l. 2. & 3. Ubi Gothof. C. de*  
 SS. Ecc.



SS. Eccl. l. 1. C. de vet. iur. enucl. l. fin. C. de sepulch. violat. l. 16. C. de SS. Eccl. Firmissime asserimus, imagines Christi, ac Deip. semper Virginis, nec non aliorum SS. habendas, & retinendas esse, atq; eis debitum honorem, & venerationem impertiendam, d. l. decernimus, 16. C. de SS. Eccl. Indulgentiarum etiam à Christo potestatem in Ecclesia relictam fuisse, illarūq; usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmamus.

Sanctam Catholicam, & Apostolicam Rom. Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistram agnoscimus, Romanoque Pontifici B. Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondemus, ac juramus, d. l. cunctos populos, C. de Sum. Trin. & fid. Cath. Cætera item omnia à SS. Can. & Oecumenicis Conciliis, ac præcipue à Sacro Sancta Trid. Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipimus, atq; profiteamur, simulque contraria omnia, atq; hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, rejectas, & anathematizatas, nos pariter damnamus, rejicimus, & anathematizamus. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam



in præfenti fponde profitemur, & veraciter tenemus, eandem integram, & inviolatam ufque ad extremum vitæ fpiritum conflantiffimè, Deo adjuvante, retinere, & confiteri, atque à noftris fubditis, vel illis, quorum cura ad nos in munere nofthro fpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in nobis erit, curaturos fpondemus, vovemus, ac juramus, fic nos Deus adjuvet, & hæc fancta Dei Evangelia. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.

Hæc eft fides Catholica à Chrifto inflituta, & à Romano Pontifice pro aris, & focis hæcenus incommotè defenfa, quam nifi quifque integram, inviolatamque fervaverit, abfque dubio in æternum peribit, dicitur in Symbolo fidei. Ab hac fide deviarunt vel impugnatione dæmonis, vel temulentia carnis, vel ambitione mundi preffi, quotquot S. Sedem Apoftolicam hoftili calamo, feu theonina lingua contemerant, ut funt: Donatiftæ, Manichæi, Novatiani, Enthufiaftæ, Huffitæ, Lutherani, Calviniftæ, Illyricani, Flacciani, Ofiandriani, Ubiquiftæ, Luthero-Calviniani, Carolftadiani, Zvvingliani, Calvinio-Papiftæ, Puritani



ritani, Schvvenckfeldiani, Davidici, Men-  
nonistæ, Anabaptistæ, Stancariani, Sacra-  
mentarii, Confessionistæ, Postulantes, Phi-  
lippenses, Corinthii, Severiani, Libertini,  
Valentinistæ, Farelliani, Campani, Sinergi-  
stæ, Simonitæ, Sanguinarii, Novi Ariani, &  
Samosateni, Vorstiani, Borriani, & id ge-  
nus alii qui docent:

1. Homines non per bona opera, sed per  
gratiam sine omni bono opere salvos fu-  
turos.

2. Nulla quantumvis magna scelera, &  
peccata nocere homini, qui tantum credat.

3. Deum esse causam peccatorum, ita ut  
homines, si velint aliter facere, tamen non  
possint.

4. Virginitatem non posse servari, & coi-  
tum esse necessarium, sicut cibum, & potum.

5. Conjugium merito, & dignitate virgi-  
nitatem æquare, vel etiam superare, & vir-  
gines Deo dicatas nubere posse.

6. Ieiunium, & abstinentiam nihil me-  
reri.

7. Opera satisfactoria non posse ab Epi-  
scopis alteri applicari.

8. Sedem Apostolicam Romæ esse Ca-  
thedram pestilentiæ, & meretricem Baby-  
lonicam.

9. Posse



9. Possit esse veram Ecclesiam, quæ non cohæreat cum Romana. *An in inferno?*

10. Ecclesiam Catholicam non esse omnium locorum, vel temporum, & paucitatem, ac persecutionem passionum esse notam veræ Ecclesiæ: Ecclesiam veram statim ab Apostolorum temporibus latuisse, & usque adhuc invisibilem fuisse.

11. Hæreticos non debere tradi potestati seculari corripiendos, neque ad fidem cogi.

12. Non esse pro mortuis orandum, vel sacrificia offerenda.

13. Sanctorum reliquias non esse venerandas, & orationes mortuorum pro aliis non exaudiri, ac proinde frustra invocari Sanctos.

14. Veram fidem semel habitam nunquam amitti posse, & præmia beatorum esse separata.

15. Ecclesiam ex solis bonis constare.

16. Traditiones non scriptas nequaquam recipiendas, sed solum scriptum Dei verbum sequendum.

17. IESUM nascentem aperuisse vulvam Beatæ Virginis Mariæ, id est, eam carnis virginitatem in partu amisisse.

18. Cleri-



18. Clericos debere esse uxoratos: nec expedire relinquere omnia, & dare pauperibus, & ad Religionem relicto seculo properare.

19. Stata jejunia non esse solemniter celebranda, sed jejunandum, cum placuerit, ne quis videatur esse sub lege.

20. Inter Episcopum, & Presbyterum non esse discrimen.

21. Adamum perdidisse imaginem Dei, ad quam creatus fuerat.

22. Infernum nihil esse, nisi conscientiae horrorem.

23. Poenitentiam non esse secundam post naufragium tabulam, id est, non nisi per Baptismum reconciliari homines Deo, & nullum esse Confirmationis Sacramentum.

24. Nullum esse liberum arbitrium, sed omnia ex necessitate absoluta evenire.

25. Concupiscentiam verè esse peccatum, nec tolli per Baptismum, sed sopiri per fidem.

26. Mulierem posse Principatum tenere, sicut Regina Angliæ caput Eccles. Anglic.

27. In filiis fidelium non esse peccatum originale, eosque nasci sanctos, & sine Baptismo salvari: Item per quodvis peccatum



catum quamvis leve, perdi iustitiam, id est  
omne peccatum esse mortale.

28. Duas esse in Christo hypostaticas  
uniones, unam animæ cum carne, alteram  
divinitatis cum humanitate.

29. Christum non esse hominem Omni-  
potentem, id est, Christum hominem non  
esse Deum, sive duas esse in Christo per-  
sonas.

30. Ajunt divinitatem Christi fuisse pat-  
sam, & humanitatem Christi creasse cœ-  
lum, & terram.

31. In Christo esse aliquid divinæ naturæ,  
& Spiritum S. esse aliquid Dei.

32. Deum sic esse triformem, ut quædam  
pars ejus sit Pater, quædam Filius, quædam  
Spiritus. Quomodo ergo æqualis, quomo-  
do homoufios?

33. Humanitatem Christi habere omni-  
potentiam, omnipræsentiam, & omnia di-  
vina attributa. *O stupor!*

34. Eucharistiam non esse veram Christi  
carnem, sed tantum figuram, vel imagi-  
nem corporis Christi, non ipsum corpus.

35. Monasteria debere esse libera, sine vo-  
tis perpetuis, sub hac forma: Voveo casti-  
tatem, paupertatem, obedientiam usque  
ad



ad mortem liberè, & mutare possim, quando volo. *ò luxuriosi hirci!*

36. Christi, & Sanctorum imagines non esse venerandas.

37. Monachos, & Episcopos esse Pharisæos, Episcopum Romanum in Cathedra pestilentia sive Antichristi sedere, Altaria, & imagines Sanctas frangendas, & comburendas, Ecclesias spoliandas, Sacros Calices vendendos, vel conflandos, S. Eucharistiam canibus, gallinis, & equis tradendam, Sacro Chrismate ocreas inungendas, *Pudest!*

38. Monasticam vitam esse monstrosam, & inimicam humanæ societati, & propterea nihil intentatum relinquunt, quod ad statum Religiosorum deridendum, & exhibendum, vel ad ipsos Monachos profus occidendos pertineat. Quia, ut ait Magnus Antonius apud Athanasium: *Omnes quidem Christianos diabolus odit, sed probos Monachos, Christi Virgines, nullo modo tolerare potest.*

39. Beatissimam Virginem, Dei Genitricem, ait *Borri*, esse Deam, & unigenitam Altissimi filiam, monens, ut Sacerdotes in Canone Missæ unispiratam filiam addant;



In Eucharistia & Christi, & S. Matris eius corpus esse, & ideò frangi hostiam, ut unum per particulam in Calicem immixtum significaretur inter Christum & Matrem.

40. Deitatem tertiæ personæ esse unam tertiam Deitatem spiratam: Essentiam vobis esse generatam, & filiatam: Animam Virg. Mariæ esse planè æqualem animæ Christi: Deum velle, quod Lucifer adoravit JESUM, ejusque SS. Matrem: Beatissimam Virginem esse filiam Dei ante conceptionem Verbi divini, & habere in anima identificatam Deitatem, unde de illa dicitur *Ab initio, & ante secula creata sum, & usque ad futurum seculum non desinam, &c.* Sic Quaternitatem admittat, etiam si quædam personæ adjectionem rejiciat Sanctissimam, & individua Trinitas.

Alia sexcenta à prædicto Borri, à Doctoribus, Manichæis, Novatianis, Arianis, Nestorianis, (qui docent in Eucharistia non manere corpus Christi, si servetur in altarium diem.) Joviniano, (quem Honorius Imperator utpote turpissimum Hæreticum plumbo contusum, unà cum Gregalibus damnavit exilio.) Simone Magico omnium hæreticorum Principe, Eunomio



mio, Florino, Nerone, Montanistis, Petilianis, Aerio, Vigilantio, Dioscoro, Euty-  
chete, Origene, Proculo, Massalianis, Pe-  
putianis, Pelagianis ( qui ajunt, divinas per-  
sonas esse gradu, forma, & specie differen-  
tes, ô *stupidi Asiæ!* ) Lampetianis, Cir-  
cumcellionibus, Luciferanis mille abhinc  
annis universalis Ecclesiæ judicio pro, h.e-  
reticis, blasphemis, & sceleratis homini-  
bus rejectis, excogitata scommata, & fi-  
gmenta hic tacitè præterimus.

De Francisco Borri constat, quod is, cum  
ex Hæresiarchis prædictum de *Quaternita-  
te* dogma ventilare cœpisset, & aliquoties  
monitus, ac correptus non desisteret;  
Tandem 20. Martii 1659. ad se purgan-  
dum coram S. Inquisitione sub poena ex-  
communicationis latæ sententiæ citatus  
sit. Verùm illo non comparente & in  
fugam converso, contra ipsum processum  
fuit hoc modo:

*Invocato SS. Nomine Domini N ostri  
JESU CHRISTI, eiusque Gloriosissima  
Matre semper Virgine MARIA in causa,  
& causis vertentibus coram Nobis inter  
R. D. Fiscalem huius suprema, & univer-  
salis Inquisitionis ex una; & Iosephum*



Franciscum Borri indiciatum, reum, inqum  
 tum, processatum, contumacem, & excom  
 nicatum in materia fidei, in cuius errore  
 tinaciter per annum, & ultra perseveravit  
 ex altera partibus: Hac nostra sententia  
 diffinitiva, pro Tribunali sedentes,  
 Consilio RR. PP. Theologorum, & Canonico  
 rum Consultorum dictae Universalis Inqui  
 sitionis: Dicimus, pronunciamus, sententiam  
 & declaramus, dictum Iosephum Franciscum  
 Borri propter causas dictas, &c. puniendum  
 ut hereticum, & ideo incidisse in censuras Ec  
 clesiasticas, & pœnas à SS. Canonibus, Legi  
 bus, & Constitutionibus tam generalibus  
 quàm particularibus adversus huiusmodi he  
 reticos positas, latas, & promulgatas: Inque  
 rum executione eum privamus omnibus hono  
 ribus, & prerogativis, eumque à foro nos  
 tro Ecclesiastico, & à nostra Sancta, & immacu  
 lata Ecclesia, cuius misericordiâ, se prorsus ve  
 didit indignum, reiicimus, expellimus, & an  
 thematizamus, & in detestationem delict  
 rum relaxamus eius effigiem Domino Car  
 dinali Prorectori, sive eius in criminalibus  
 cario, ut in plana forma palam comburatur  
 prout mandamus comburi heretica, & imp  
 eius scripta. Et declaramus omnia eius bona  
 mobilia



mobilia, & immobilia confiscari, & dari, qui-  
 bus de iure competunt: Mandamus insuper  
 Vniuersis Christi fidelibus utriusque sexus  
 Viris, ac fœminis sub pœna excommunicatio-  
 nis latae sententiae, ut non practicent cum di-  
 cto Francisco Borri tanquam verè heretico,  
 condemnato, & declarato, & quantum pos-  
 sunt, impediant, ne quis mortalium cum eo pra-  
 cticet, aut conuersetur, aut necessaria ei sub-  
 ministret: Mandamus denique in virtute  
 S. obedientiae pro maiori ipsiusmet dicti Bor-  
 ri, & complicum, nec non fautorum, & rece-  
 ptorum confusione, & execratione Vniuer-  
 sis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Ar-  
 chiepiscopis, Episcopis, & aliis Patriarcha-  
 tuum, Metropolitanarum, Cathedralium,  
 & Collegiarum Ecclesiarum Prelatis, nec non  
 Ecclesiarum inferiorum Capitulis, & cunctis  
 personis Ecclesiasticis, quatenus praefatum  
 Borri arrestent, arrestatum detineant, nobis-  
 que significant, donec de persona illius ulterius  
 statuamus, prout etiam relaxamus Manda-  
 tum executivum, ut non solum à quolibet Ma-  
 gistratu seculari, & Ecclesiastico; sed etiam  
 a qualibet persona privata capi, & incarcera-  
 ri possit, in favorem Sanctae fidei nostrae. Ita  
 pronunciamus nos Cardinales Generales In-  
 quisitores infrascripti.



F. Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus.

B. Episcopus Prenestinus Card. Spada.

M. Episcopus Albanensis Card. Ginettus.

F. Vincentius Card. S. Clementis, Maculianus.

C. Cardinalis Astallensis.

E. Cardinalis Albitius.

F. Cardinalis Chifius.

J. Cardinalis Rospigliosius.

L. Cardinalis Pallavicinius.

S. Cardinalis Estensis.

*Die 2. Mensis Ianuarii 1661, in Ecclesia S. Mariae super Miner. publicatum.*

Quod hæc Copia cum suo transumpto Italico concordet, & fideliter translata sit fidem facimus.

Ioannes Randorff Sacris Apostolica, & Imperiali authoritatibus publicus, approbatus, & immatriculatus Notar. Iud. Aut. Scriba juratus.

L. S.

Henricus Halenius Not. pub. & Immat.

L. S.

Ioan. Casparus Ficelius, Testis.

Petrus Crabbe, Testis, &c.

Christo



Christophorus Bierbaum/ Testis.  
 Carolus Stenfurt/ Testis.

De hoc Franc. Borri, aliisque similibus, vide in *Antidot. nostro Belgico contra Apostatas, Amsterodami impresso*, ubi Borriana Cacodogmata, & aliorum Tenebrionum sphalmata ad oculum demonstrantur, cum pœnis & suppliciis tam veterum, quam recentium Heterodoxorum, ut his rationibus moti ad viam veritatis redire non differant.

C A P. XIX.

*De Iure Pontificis constituendi Electores S. R. Imperii.*

**D**iximus suprâ, & in *Aurifod. iur. publ.* Romanum Pontificem posse ob causas deponere Cæsarem, & Reges, ut patet in Ozia Rege, qui à Pontifice fuit de Templo eiectus, 2. *Paralip. 26.* Patet in Leone à Gregor. I I. excommunicato, & parte imperii privato: in Henrico IV. à Greg. VII. in Othone IV. ab Innoc. III. in Lud. II. ab Innoc. IV. & Lud. IV. Impppp. à Io, XXII.



& Benedicto XII. depositis, vacavitque imperium annis 28. Lud. II. deposito, &c. Quæ fusè in dict. *Aurifod. verb. origo* traduntur, ubi simul constat, populum Romanum nunquam habuisse Imperatoris creandi potestatem, sed antiquos Imperatores vel jure hæreditario habuisse imperium, ut Octavianum, Tyberium, Cajum, &c. Vel ab exercitu fuisse creatos, ut Claudium, Vespasianum, & alios. Et fuisse hanc ordinariam consuetudinem, ut Imperator ab exercitu crearetur usque ad Carolum Magnum. Tempore Caroli Magni nullus fuit exercitus Romanorum, qui eum Imperatorem creare potuerit: Soli enim in Italia erant exercitus Græcorum, & Longobardorum, omnes Carolo infensi, nec jure hæreditario Carolus imperium habuit, sed à Sede Apostolica. Et si quam Romani habuerunt in eligendo Imperatore auctoritatem, illam prorsus amiserunt, quando imperii Sedes Constantinopolim translata fuit. Nam deinceps per annos circiter 500. id est, à Constantino Magno usque ad Carolum Magnum nihil unquam egit Senatus populusque Rom. circa Imperatorum creationem. Et sic omnes ferè Historici, &

Chro-



Chronologi conveniunt Leonem III. imperium à Grecis in Francos, Francones, seu Germanos transtulisse, idque confirmat Innoc. III. *cap. Venerabilem, de elect.* Ad eos, inquit, *ius, & potestas huiusmodi ab Apostolica Sede per venit, quæ Romanum imperium in persona Magnifici Caroli à Grecis transtulit in Germanos.* Et ibid. subjungit, Principes Germaniæ id apertè recognoscere. Ipse etiam Carolus Magnus idem fateatur, cum scriptum à se testamentum, quo filios suos hæredes imperii relinquebat, misit ad Leonem Papam, ut consensum præberet, & sua subscriptione confirmaret, teste Adone *in Chron. an. 804.* Tandè Greg. V. Pontifex Max. sanctionem, seu constitutionem edidit de Imperatore eligendo per 7. Germaniæ Principes, quæ usque ad hanc diem servatur, de quibus vide Platinam *in vita Gregorii V.* Magdeburgenses hæret. *centur. 10. cap. 10. colum. 546.* his verbis: *Gregorius suam patriam insigni aliqua dignitate ornaturus sanxit, ut penes solos Germanos ius esset eligendi Regem, qui post diadema à Romano Pontifice acceptum Imperator, & Augustus appellaretur. Suntque Electores*



constituti hi: Moguntinus, Coloniensis, &  
 Trevirensis Archiepiscopi, Rex Bohemiae,  
 Comes Palatinus Rheni, Saxonia Dux, &  
 Marchio Brandenburgensis. Utrum autem  
 id fecerit Pontifex, non aperiunt, ait *Card.  
 Bellarm.* Sed si velint, jure id factum, fateri  
 cogentur, Pontificem esse Imperatore, &  
 Principibus omnibus superiorem: Si non  
 jure, sed tyrannicè, ut quidam stupidi Lu-  
 therani Imperatori parum addicti imperite  
 nugantur, injuriam facient suis Patronis,  
 & Protectoribus, nimirum Duci Saxoniae,  
 Comiti Palatino, & Marchioni Brandebur-  
 gensi: Quid enim isti habent majus, quam  
 Electoratum? At non jure habent, si is  
 qui dedit, dare non potuit; dedisse autem  
 Pontificem, extra controversiam est. Hæc  
 ille, & eleganter: Nam in lege naturæ Mel-  
 chisedech fuit Rex Salem, & Pontifex,  
*Gen. 14.* immò etiam olim semper primo-  
 genitus Rex, & Pontifex erat: Moses  
 quoque Summus Pontifex, & Summus  
 Princeps temporalis fuit, *Exod. 18. 32.*  
*& 40. &c.* Ad eò ut potestatem ponendi  
 & deponendi Principes privativè habue-  
 rit, sicut Papa Romanus, qui Collegium  
 Electorale instituit, & Principes Germa-  
 nia,



niæ, qui tunc omnes ejusdem cum Ro-  
 mano Pontifice Orthodoxæ Religionis Ca-  
 tholicæ erant, gratiam eligendi fecit, ut  
 ea non abuterentur. Agant itaque Prin-  
 cipes, & universa Germania Summo Pon-  
 tifici immortales gratias, quod eos tanto  
 honore dignatus sit, nihilque agant, quod  
 tanto Principi, ac Vicario Dei displicere  
 possit, quin potius cum Sede Apostolica,  
 & Domo Austriaca præ cunctis Regibus,  
 ac Principibus terræ de Sac. Rom. Impe-  
 rio abhinc 400. annos per Sacratissimos  
 Imperatores Austriacos à Turcarum fau-  
 cibus vindicato, optimè merita cordia-  
 lem foveant amicitiam, confidentiam, &  
 omnem, ut par est, fidelitatem. Nec  
 quiequam aut illa Sacro-Sancta Sede, aut  
 hac Augustissima Domo inconsulta, aut  
 insalutata attentent: Nam peccant in Spi-  
 ritum Sanctum, ajunt DD. *in leg. inter cla-  
 ras, 8. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.*  
 Qui Imperatori, aut Papæ contradi-  
 cunt: Non enim reddunt, quæ sunt Cæ-  
 saris, Cæsari; nec quæ sunt Dei, Deo.  
 Ne fiat, quod dicitur: *Dat Deus, & re-  
 cipit sæpe, quod ipse dedit.* Et licet ho-  
 die jus eligendi Imperatorem maneat



apud hæredes, utrum tamen Pontifex iustus ex causis non possit gratiam eligendi revocare, palam est in *Aurifod. iur. publ.* Ubi de Imp. Rom. agitur. Plura videre licet apud Cardin. Bellarm. *de Rom. Pont. lib. 5. c. 8.* Et in *Aurifod. nostra, verb. Ecclesia Romana, pag. 388.* & *verb. Rom. Pontif. p. 157.* Et in Tract. nostr. *de Episcop. Germ. eorumque potest. ac dependent. per tot.* Ubi de Sum. authorit. & potestat. Sed. Apostol. circa translationem Episcopatum multi casus expressi sunt, & cum Electorat. cumulati, quippe cui omnia beneficia de mundo cum annexis dignitatibus manualia existunt, *Aurifod. verb. Benefic.*

## C A P. XX.

*De Iure Cesaris, & aliorum PP.  
constituendi Papam.*

Quamvis clarum sit ex iis, quæ deduximus, Pontificum electiones retroactis temporibus diversimodè fieri solitas, aliquando à Clero, & populo Rom. *c. cum plebs, 63. dist. & c. in nomine Domini, 23. dist.* Aliquando à solo Clero, sed populo consentiente,



sentiente, *cap. nosce, 63. dist.* Aliquando ab  
 Imperatore, *c. Adrianus, 63. dist. c. Agatho,*  
*ibid.* Et hoc privilegium eligendi Pontifi-  
 cem Adrianum Papam cum universa Sy-  
 nodo *Carolo Magno* concessisse, volentes  
 insuper, ut omnes Archiepiscopi, & Epi-  
 scopi per singulas Provincias vestimentum  
 ab Imperatore susciperent, *c. literis, ibid.*  
 Ipsumque privilegium in personam Otto-  
 nis Germaniæ Regis Leonem Papam etiam  
 confirmasse, *cap. in Synodo, ibid.* Nec si Sum-  
 Pontifex à Clero Romano eligebatur, sine  
 Imperatoris Oratoribus, seu Legatis conse-  
 crari potuisse, *cap. 1. & cap. Sancta Rom. ibid.*  
 Hæc tamen Romanorum Principum privi-  
 legia fuisse personalia, quæ semper absque  
 consequentia in successores Principes re-  
 novabantur, *d. c. in nomine Domini.* Hujus-  
 modi privilegia durasse usque ad tempo-  
 ra Adriani II. quo tempore talia privilegia  
 remissa fuerunt, clarum est *in Aurif. nostr.*  
 Nam ipse electus extitit spretis Ludovici  
 Imperatoris Oratoribus, ne traheretur in  
 exemplum, ut in futura Summi Pontificis  
 electione Legati Imperatoris expectari de-  
 berent, *d. c. Adrianus, 63. dist.* Ipsumque  
 Ludovicum Paschali Papæ illi privilegio  
 renun-



renunciassè, *cap. ego Ludovicus, ibid.* Et ab  
inde demum elegissè, & hodie solos Sac.  
Rom. Ecclesiæ Cardinales eligere, *d. cap.  
in nomine Domini, 23. dist. c. licet, & cap. ubi  
periculum, de elect. in 6. & in Clem. Ne Romani,  
cod. tit.* Et patet in *Aurifod. nostr.* verb.  
*Electio, verb. Papa, &c.*

Quia quidem ratione Romanorum Imperatoris electio totius populi consentit  
tunc Senatoribus, nunc Electoribus deman-  
data, & credita fuerat. Et hoc ipsum eli-  
gendi jus Pontifex ipse absque consentu  
universæ Ecclesiæ Cardinalibus auferre,  
aliisque tribuere non posset, siquidem esset  
innovare totum universalis Ecclesiæ sta-  
tum, qui in Papæ, & Cæsaris electione pen-  
dere videtur, secluso delicto, in *Aurif. ibid.*

Olim tamen cum Cardinales eligere coe-  
pissent, Cardinales Episcopi primò inter se  
de ea agebant, & deinde alios Cardinales  
vocabant, *d. c. in nomine Dom.* At hodie ista  
prærogativa non servatur, sed omnes sunt  
pares.

In aliis verò, nempe in Sedibus, & vo-  
cum perscrutatione attenditur, quod Car-  
dinales Episcopi habeant prærogativam.  
Sunt autem Cardinales Eminentissimi, Se-  
renissimi.



renissimi, & Illustrissimi Principes, & Cardines Ecclesiæ ex magnis familiis plerumque oriundi, aut permagnis dotibus præditi, Regibus æquales, & omnibus Archiepiscopis, etiam Electoribus, Episcopis, & Primatibus superiores, & sicut Imperator se habet ad Principes, & Reges: ita se habet Papa ad Cardinales. Unde patet mendacium decumanum, & palmare quorundam calumniatorum, qui vel propter hæresin damnati sunt, vel propter scelera castigati, dicentium Cardinales esse homines ex ima fæce desumptos, &c. Vide *Aurifodin. verb. Roman. Imper.* Quod si fortè Sum. Pontifex è vita discederet, nec Cardinalium quisquam Romæ existeret, quamvis hoc Deus non permitteret. Si tamen eveniret, futuri Pontificis electionem spectare aut ad Romanum Clerum, qui tunc adesset, aut potiùs ad Concilium Oecumenicum, Hostiensis existimat *in dict. cap. licet. Bald. in leg. ubi absunt, ff. de tutor. & curator.*

Aliqui putant pertinere ad Patriarchas. Sed hoc Cardinales non permetterent, qui, etsi quàm longissimè absunt, attamen audita Summi Pontificis morte Romanam



Romam properant, & accelerant, & simul omnes collecti, & congregati in ipso *Conclavi* ex ipsis Cardinalibus, non ex Patriarchis, Episcopis, aut aliis, decenter, non autem necessario, futurum Pontificem, annuente Spiritus Sancti gratia, unanimes, & concordēs votis omnibus, aut plerisque designant, eligunt, creant, confirmant, venerantur, & ut Christi Vicarium in terris adorant, teste Carerio.

Et hæc ratio eligendi Summum Pontificem per solos Cardinales est omnium optima, & merito conservanda: Nulla enim electionis forma præter istam per Cardinales diu durare potuit. Et nunquam pauciora schismata fuerunt, quàm hoc tempore. Nam Onuph. *in lib. de Pontif. Romam.* Viginti novem in Ecclesia Rom. annotavit, ex quibus 26. usque ad Alexandrum, toto reliquo tempore tria duntaxat fuisse narrantur, ex quibus etiam tribus unum solum Cardinal. vitio accidisse ferunt, nimirum illud, quod Urbani VI. tempore factum est. Nam quod Joannis XXII. accidit, ab Imp. Ludovico IV. excitatum est. Postremum verò temporibus Eugenii à Concilio Basiliensi, ut ait Alexand. Carer. *de potest. Rom.*

Pontif.



*Pontif. lib. 1. c. 18.* Et ratio est, quia hæc forma eligendi ex omnibus aliis bonis, & legitimis formis temperata est: Observandum est enim, ut diximus *in Aurifod. verb. Electio.* Quinque modis Episcopos eligi consueviffe.

1. Primus modus fuit, ut ipse Pontifex per se eligeret, qui modus præsertim in novis Episcopatibus erigendis, novisque Episcopis mittendis olim servabatur.

2. Secundus modus fuit, ut omnes ejusdem Provinciæ Episcopi, vel major eorum pars, postulato tamen testimonio, & consensu Cleri, & populi ejus loci, cui Episcopus dabatur, Episcopum eligerent. Eodem modo Metropolitanus, & Patriarchæ, nec non & ipse Sum. Pontifex ab Episcopis, vel Provincialibus eligebantur. Et hic modus antiquissimus fuit, satisque diu in Ecclesia duravit.

3. Tertius modus fuit, ut Clerus, & populus civitatis eligeret, vid. *suprà.*

4. Quartus modus fuit, ut Imperatores, & Reges Rom. vel soli, vel cum Clero, & populo eligerent. Constat enim Iustinianum seniore post recuperatam Italiam noluisse quenquam creari Pontificem Romanum

K

manum



manum sine sua approbatione, sicut modo nullus creatur Cæsar sine Papæ approbatione, & confirmatione, quod servatum est usque ad Constantinum I V. qui juri suorum prædecessorum hac in parte cessit, teste *Platina*. Constat insuper, Carolo M. ut diximus supra, & *in Auris. nostr.* Jus eligendi Romanum Pontificem, aliosque Episcopos ab Adriano I. & deinde simile jus Ottoni Leone VIII. concessum fuisse. Quod fuit postea revocatum propter malas consuetudines: Nam Græcos Imperatores Imperatorum jussu Pontificem creari nolentes, ut pecuniarum summam accepissent, tãquam tyrannos anathemate percussos, & suo privilegio privatos fuisse, clarum est *in Auris. nostr. verb. Electio.*

5. Quintus modus fuit, ut soli Canonici id est, primarii Clerici Episcopum eligerent, qui modus in Germania nostra receptus est, & ferme ubiq; servatur. Sicut ergo Episcopus nec per sortes, nec per carnalem successionem, nec per solius prædecessoris nominationem, nec ad suffragia populi, nec ad suffragia totius Cleri, sed Canonico tantummodo duntaxat creari debet: Ita Sum. Pontifex ad suffragia primorum, & maximorum Cleri



Clero universo eligi debet. Tales sunt Cardinales: Sunt enim præcipui totius orbis Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Romanæ Ecclesiæ, vide *Aurifod. nostr. verb. Papa,*

## C A P. XXI.

*De amissione Pontificatus per renunciationem.*

**D**E Papatu acquirendo hætenus egimus, videndum nunc, an summa hæc dignitas semel quæsitâ perdi possit per renunciationem. Quamvis nonnulli existimaverint perdi non posse, tum quod sit immediatè à Deo, *cap. 1. 22. dist.* Quæ autem immediatè à solo Deo sunt, per solum Deum tolli debent, non enim virtus creata superior per virtutem creatam inferiorem tolli potest, *cap. cum inferior. de maiorit. & obed. l. nam Magistratus, ff. de recept. arbit.* Tum quod Papat<sup>9</sup> sit quoddam votum, quo Papa consentiendo Papatui se Deo obligavit, à quo absolvi non potest, nisi à solo Deo, *arg. cap. 1. de vot.* Tum quia Christi Sacerdotium est in æternum. Sed simplex Sacerdos



cerdos non potest desinere, quin sit Sacerdos, etiamsi deponatur, vel degradetur, *cap. degradatio, de pœnit.* Ergò & Sum. Pontifex & Sacerd. non potest desinere esse Summus Sacerdos: Quia juri publico, quod in Papatu auctoritate, & utilitate inest, renunciare non potest, *l. ius publicum, ff. de pact. not. c. si diligenti, de for. compet.* Verùm hæc apud probanda non sunt, quia adversantur juri communi *in c. 1. de renunciat. in 6.* Neque Papæ in his, quæ ad salutem pertinent, major debet esse libertas, quàm aliorum Sacerdotum, imò major, in quantum ab ipso veluti à capite aliorum, & Ecclesiæ universalis, ut in membris dependet, *cap. si Papa, 40. dist.* Sed aliis Ecclesiæ Pontificibus, & Prælati ob suam suorumque subditorum salutem permittitur, quod renuncient in talibus, notat. *in cap. nisi, de renunciat.* Causæ verò hi sunt: *Criminis conscientia, corporis debilitas, scientiæ defectus, plebis malitia, grave scandalum, & irregularitas.* In primo Marcellinus sponte renunciavit, *cap. nunc autem, 21. dist.* In 2. & 3. Coelestinus *cap. 1. de renunciat. in 6.* In 4. & cæteris Clemeus, & aliis ob evitandum schismatis scandalum renunciarunt, *c. ecce, 7. q. 1.* Unde obser-



observandum est, quod per Papatum Petro nihil amplius ordinis, vel ejus perfectionis attributum est, quàm alii Apostoli habuerunt, qui omnes a Christo Sacerdotes creati fuerunt, & sic in ordine omnes Apostoli, ac in ordinis perfectione, quæ fit per adeptionem Episcopatus, Petro pares fuerunt; Et ideò omnes Sacerdotes, & Presbyteri in charectere, & ordine Sacerdotali in conficiendo SS. Eucharistiam sunt Papæ potentiâ pares, *cap. loquitur, 21. q. 1.* Unde Papatus non est nomen ordinis, sed dignitatis, vel officii, unde characterem in anima non imprimit, sed tantum officium, vel dignitatem superaddit, *c. puto, 2. q. 7.* Concluditur itaque, quod Papa ex causa Papatus renunciare valeat, prout *Aurifod. nostr.* Luculenter probatum est.

## CAP. XXII.

*An Papa possit errare, & propter  
heresim, aut schisma deponi.*

**A**D cognoscendam vim hujus Quæstionis revocandum est in memoriam, quod diximus in *Aurif. verb. Papa.* Pontificem 5. modis considerari posse, 1. Ut est persona

K 3

persona



persona, sive Doctor particularis. 2. Ut  
 Pontifex, sed solus. 3. Ut Pontifex  
 sed adjuncto Consiliariorum solito co-  
 tu. 4. Ut Pontifex, sed unà cum Con-  
 cilio Generali. 5. Ut est Dominus un-  
 versorum, & proprietarius Imperii Occi-  
 dentalis. His prænотatis tum Catholici  
 tum hæretici in duobus conveniunt, primo  
 posse Pontificem, etiam ut Pontificem cum  
 suo Cardinalium coetu, vel cum Concilio  
 Generali errare in controversiis facti parti-  
 cularibus, quæ ex informatione testimo-  
 niisque hominum præcipuè pendent.

Secundo, posse Pontificem, ut privatim  
 Doctorem errare, etiam in questionibus  
 juris universalibus tam fidei, quam morum,  
 idque ex ignorantia communi.

Deinde Catholici omnes in aliis duobus  
 conveniunt, non quidem cum hæreticis, sed  
 inter se duntaxat. 1. Pontificem cum Gen-  
 rali Concilio non posse errare in conde-  
 dis fidei decretis, vel generalibus morum  
 præceptis. 2. Pontificem solum, vel cum  
 suo particulari Concilio aliquid in re de-  
 creta statuentem, sive errare possit, sive non  
 esse ab omnibus fidelibus obedienter ob-  
 diendum: Quia est Caput Sacro-Sancti  
 Romani Imperii.



Romanæ Ecclesiæ, quæ nunquam errare potest, ut ait Imp. Justinianus *in Novell. 132. de interd. colleg. heretic.* Et text. *in l. inter claras, C. de Summ. Trinit. & fide Cathol.* Et *in Aurifod. nostr. verb. heretici.* Quibus ita positis, dictum est alibi, & dicitur *in Libello nostro de fid. Cath. & orthod. conservand.* Summum Pontificem, cum totam Ecclesiam docet, in his, quæ ad fidem pertinent, nullo casu errare posse, sed neque in præceptis morum, quæ toti Ecclesiæ præscribuntur, quia Pontifex *Petra* dicitur ratione constantiæ, & soliditatis. An autem dignitas Pontificia possit amitti propter hæresim, definitur arg. *l. 8. C. de Sum. Trinit. & fid. Cath.* Ubi patet, Papam hæreticum manifestum per se desinere esse Papam, & Caput, sicut per se desinit esse Christianus, & corporis Ecclesiæ membrum; quare posse eum ab Ecclesia judicari, & puniri.

Esset enim miserrima Ecclesiæ conditio, si lupum manifestè grassantem pro Pastore agnoscere cogeretur, *cap. si Papa, 40. distinct. cap. Anastasius, 11. distinct.* Hinc tantus est fidei favor, quod si occulta etiam sit ejus hæresis, de ipsa accusari, & deponi valeat, gloss. *in dict. capit. si Papa.*

K 4

Nam



Nam & huiusmodi delictum manifestum dicitur ad hoc, ut accusari possit, *c. eorum*, 11. q. 3. Et tunc præcessoris Papæ sententia innotatur, & in Canonem latæ sententiæ incidit, *c. Achatius*, 24. q. 1. Nam Papa hæreticus minor est quolibet Catholico, *cap. scimus*, 12. q. 1. Ipsoque jure Papatum amittit, quia ut diabolus condemnandus est, *c. principium*, de pœnit. dist. 2. Et duo testes sufficient, ut ait gloss. *inc. Præsul.* 2. q. 4. Et jure ita statutum est, quia ipse est Caput Ecclesiæ, unde devianado à fide mortuus reputatur, quia justus ex fide vivit. Igitur non poterit in aliis Ecclesiæ membris vitam influere, & per consequens caput corporis vivi, quod est Ecclesia, esse non poterit. Siquidem vitæ principium est in capite, quo languescente, reliqua corporis membra inficiuntur, *c. verum*, 6. c. 10. Estque hæreticus ab Ecclesia præcisus, sicut ramus ab arbore sine stipite, qui continuo arefcit, *Ioan.* 15.

Et ideò de huiusmodi crimine nedum accusatur, sed cum eum in hæresim incidisse constat, ipse jure damnatus est, *d. c. Anastasius*, & *d. c. si his*, 11. q. 2. Et ipso jure depositus; Non autem ab Ecclesia deponendus, ut putabat Cajetan, *in tract. de*  
*author.*



*author. Pap. & Conc. c. 20.* Quæ opinio non  
 subsistit, teste S. Apost. Paulo *in Ep. ad Tit. 3.*  
 Qui jubet hæreticum post duas correptiones,  
 id est, postquam pertinax manifestè ap-  
 paret, vitari, quod intelligit ante omnem  
 excommunicationem, & sententiam judi-  
 cis, ut ibidem scribit S. Hieronymus, qui  
 inquit, alios peccatores dividi per senten-  
 tiam excommunicationis ab Ecclesia, hæ-  
 reticos autem per se divelli, & præscindi à  
 corpore Christi; quod intelligitur de hæresi  
 propriè sumpta: Si verò in causa hæresis  
 præsumptæ verba faciamus, veluti pro cri-  
 minibus notoriis, quorum esset incorrigibi-  
 lis, & pro quibus universalis Ecclesia scan-  
 dalizaretur, aut quia Papa contra universa-  
 lem ipsius Ecclesiæ statum ageret, tunc ipse  
 à Concilio deponi non posset, tum quia pri-  
 ma sedes, ut diximus supra, à nemine judi-  
 dicatur, tum etiam, quia Papa autoritate  
 jurisdictionis universalis Ecclesia superior  
 est, *cap. cuncta per mundum, 9. q. 3.* Quare  
*gloss. in d. c. si Papa. Abb. in c. si venissent,*  
*de iud. Dec. in c. significasti, de elect. Felin.*  
*in c. nulli, de sent. excomm. Roman. cons. 522.*  
 Hallucinantur, ait Carerius, cum opposi-  
 tam sententiam tutati fuerint. Unde patet,



duos hac de re fuisse errores; unum eorum qui docuerunt, Pontificem posse ab Imperatore judicari, puniri, & deponi, si suo munerem non rectè fungatur. Hunc errorem induxit Marsilius de Padua, *Aurifod.*

Alter est error Nili *in suo lib. de Primatu* qui Pontificem non à Principe quidem seculari, sed à Concilio Episcoporum judicari, & puniri posse contendit.

Tertius est error, seu potius fraus, & vindicta pessimi Sodomitæ Joan. Calvini *lib. 4. Instit. cap. 7. & 19.* Et reliquorum hæreticorum, qui tam Principum, quàm Episcoporum judicio Romanum Pontificem calumniosè subjiciunt. Idem penè est iudicium de Pontifice schismatico: Nam sicut Papa hæreticus deponi potest, & ipsum Ecclesiam judicare, & punire valet, ita & schismaticus ex perseverantia mulctare poterit, quia tunc hæreticus censetur, *c. inter schisma, 24. q. 3.* Siquidem agit contra mentem articuli dicentis, quod una sit Ecclesia sponsa Christi sine ruga, & macula: Tum etiam quod fides in schismatico esse non possit *cap. advocavit, 24. quest. 1.* Etsi fortè schismaticus fidem in Deum, non tamen erga Dei Ecclesiam teneat. Unde schismaticus est



est, qui ab unitate S. Romanæ Ecclesiæ se dividit atque scindit, à qua qui scissi sunt, Christo fidem debitam non videntur exhibere, à quibus ejus Passio evacuatur, atque distrahitur, *cap. loquitur, ibid.* Quod etiam illi potest accidere, qui se Summum Pontificem prætenderet, cùm alteri in Pontificatu existenti adversaretur, *cap. 1. de schismat.* Vel quando Papa Ecclesiam dividere vellet, & aliam Romanæ Ecclesiæ parem, Sedemque suam in nullo recognoscentem constitueret, vel fortè, quando duo de Summo Pontificatu contenderent, & meritò, quis foret Pontifex, dubitaretur, *cap. si quis pecuniam, 79. distinct.* Et quilibet partem Christianorum non modicam ad se traheret, & in parte Christianorum scissa, & sibi comparata diu quilibet staret, & gauderet: Nam cùm in hac sponsa unus solus, qui sit unius Sancti Petri successor, & Christi Vicarius, Ecclesiæque sponsus residere debeat: si in ea modo prædicto duo præsideant, bina capita veluti monstrum in Ecclesia constituunt, contra *capit. per Venerabilem, qui filii sint legitimi.* Et *capit. in plerisque, de offic. ordin.* Tum etiam quod ipsam Ecclesiam unicam



cam corrumpere videntur, ei duos, ait Ca-  
 rer. Viros attribuendo, & seiplos Ecclesi-  
 ambos viros faciendo, unde eam non con-  
 fervando pudicam, & incorruptam, sed  
 adulteram, veluti mulier duos viros ha-  
 bens, adultera est, arguendo de carnali ma-  
 trimonio ad spirituale, text. est *in cap. scilicet  
 vir, q. 1.* Et quemadmodum Deum pro-  
 dunt, qui societatem fraternitatis aliquam  
 discordiæ peste commaculant, *cap. abiit Iu-  
 das, II. q. 3.* Ita hi duo de Papatu contem-  
 dentes, Ecclesiam dividentes fraternitatis  
 societatem commaculare videntur, & sub-  
 inde dignitatem perdere, ac omni iudiciaria  
 potestate privari merentur, *c. audivimus, 2. q. 1.*  
 Schismaticus enim Ecclesiam scandali-  
 zatur, publicumque ejus bonum pervertit.  
 Unde si monitus non resipiscat, pro hujus-  
 modi delicto depositum esse, ab Ecclesia  
 que puniri posse clarum est.

Si enim, ut sæpe diximus, Princeps Ro-  
 manus, id est, Imperator ex integro Catho-  
 licus esse debeat, & Germanus, Religio  
 quippe Catholica Principi Romano cordi  
 curæque esse debet, & per omnia properare,  
 ut crescat honor, & autoritas Sedis  
 Apostolicæ, cum nihil sit, quod lumine pu-  
 riore



riore præfulgeat, quàm recta fides in Principe, *l. inter claras, 8. Cod. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* Et *Novell. 8. quomod. oport. Episc. ad ordinat. adduc.* Quod patet ex quintuplici hoc Anagrammate:

## A N A G R A M M A.

*RECTA fides CERTA est, ARCET mala schismata, non est  
Sicut CRET A fides, fictilis arte CARET,*

Si, inquam, Princeps maximam debet adhibere fidem circa vera Dei dogmata, & Sacerdotum honestatem, *l. un. Cod. nemini licere sign. Salvator. hum.* Si Principi cura diligens esse debet, per omnia superni Numinis religionem tueri, *Novell. 132. de interd. coll. hæret.* Cujus Caput est Sacro-Sancta Romana Ecclesia, *d. l. 8.* Quanto magis Romanus Pontifex, qui fons est Sacerdotii, & Imperii, *Novell. Constit. 9. vers. Quod igitur.* Et Summi Apostoli Divi Petri legitimus, & indubitatus successor, *d. Novell. 9. ut etiam Rom. Eccles.* Omni nævo, & macula hæreticæ, aut schismaticæ pravitatis carere, aliàs ipso Papatu privatus censeri debet? *Hinc omnes Sacerdotes Sanctæ Catholi-*



*ca, & Apostolica Ecclesia, ait textus, imò omnes Christiani orbis Principes, & Reverendissimi Archimandrita Sanctorum Monasteriorum sequi iubentur Sanctitatem Pontificalem, & custodire statum, & unitatem Sanctorum Dei Ecclesiarum, quam habent ab Apostolica Sanctitatis Sede, nihil penitus immutantes de Ecclesiastico statu, qui hactenus obtinuit, & obtinet. Ita text. præclarus in d. l. inter claras, s. reddentes, C. de Summ. Trinit. Ubi quoque dicitur, statum Dei Ecclesiarum incommote permanere, nulla intercedente contrarietate. Et l. cum reeta, s. C. eod. Ubi patet, Sanctam Romanam Catholicam, & Apostolicam fidem rectam, atque irreprehensibilem esse, ac nullo modo innovationem recipere: Nos igitur, ait Imperator sequentes S. S. Apostolorum, & eorum, qui post eos, in Sanctis Dei Ecclesiis conversati sunt, dogma, iustum fore existimavimus, curis etis manifestum facere, &c. Ut hinc pateat Roman. Pontificem sub pena privationis schismaticum esse non posse, sicuti latius videre est in Aurifod. nostr. verb. Ecclesia Roman. verb. Papa, verb. Rom. Pontifex, & passim per tot. Quia itaque de Romano Pontifice S. D. N. integra volumina scripta reperiantur*



riuntur, & innumeri Canones de eo proditi sunt, operæ pretium duximus ea adjungere, quæ ab Augustissimis, & Sacratissimis Catholicæ & Orthodoxæ professionis Imperatoribus pro tuendo jure S. Sedis Apostolicæ emanarunt, cui nisi quisque fideliter, firmiterque adhæserit, Catholicus dici non poterit, sed Cerebrinus opiniaſter, & Papomastyx, qui in sensu ſuo abundat, & errat, ſicut ovis, quæ periit, quia à grege ſegregata, ab ovili excluſa, ac lupo mancipata.

Denique hic obſervandum occurrit in *Aurifodina noſtra Juris publici Romanorum Pontificum plurimis in locis fieri mentionem, & à primo Pontifice, nempe S. Petro Apostolorum Principe, uſque ad modernum Alexandrum VII. de legitima ſucceſſione, & ordine quandoque moveri quæſtionem, præſertim ab iis, qui ab Eccleſia damnati, & à Deo rejecti ſunt; ne iſti ergò alios in ſimilem errorem, & livorem inducant. Voluimus hic ad majorem Sedis Apoſtolicæ exaltationem omnium Pontificum nomina juxta rei veritatem apponere.*

ORDO,



## ORDO, AC SERIES

SUMMORUM PONTIFICUM  
S. ROM. ECCLESIAE.

1. **S** Petrus Antiochiæ sedit annis 7. Roma<sup>mæ</sup> 24. passus Anno Christi 69.
2. S. Linus Volaterranus martyrio coronatus A. C. 80.
3. S. Cletus Romanus martyrio affectus A. C. 93.
4. S. Clemens ex prosapia Imperat. martyrium gloriosum sustinuit A. C. 102.
5. S. Anacletus Atheniensis fit martyr 112.
6. S. Evaristus Bethleemites patitur A. C. 121.
7. S. Alexander I. Romanus martyrio coronatus A. C. 132.
8. S. Sixtus I. Romanus passus A. C. 142.
9. Telesphorus Græcus passus est A. C. 154.
10. S. Hyginus Athen. martyr. subiit 168.
11. Pius I. Aquilejensis martyr A. C. 167.
12. S. Anicetus Syrus passus est A. C. 175.
13. S. Soter Fundensis passus A. C. 179.
14. S. Eleutherius Græcus passus A. C. 194.
15. S. Victor I. passus A. C. 203.

16. S. Ze-



- 16. S. Zepherinus Romanus martyr. 222.
- 17. S. Calistus I. Roman. passus. 226.
- 18. S. Urbanus I. Roman. martyr. 233.
- 19. S. Pontianus Rom. fit martyr 237.
- 20. S. Antherus Græcus passus 238.
- 21. S. Fabianus Roman. martyr 253.
- 22. S. Cornelius Roman. passus 255.
- 23. S. Lucius I. Rom. fit martyr 257.
- 24. S. Stephanus Rom. patitur 260.
- 25. S. Sixtus 2. Atheniens. passus 261.
- 26. S. Dionysius Græcus martyr 272.
- 27. S. Felix I. Roman. passus est 275.
- 28. S. Eutychianus Tuscus passus 283.
- 29. S. Cajus Diocletiani Imp. ex fratre nepos martyrium subiit 296.
- 30. S. Marcellinus Roman. passus 304.
- 31. S. Marcellus Roman. fit martyr 309.
- 32. S. Eusebius Græcus passus est 311.
- 33. S. Melchiades Hispanus obiit 313. titulo martyr colitur.
- 34. S. *Sylvester* I. Confessor obiit 335.
- 35. S. Marcus Roman. obiit 336.
- 36. S. Julius I. Rom. decessit 352.
- 37. S. Liberius Rom. obiit 367.
- 38. S. Damasus I. Hispanus obiit 384.
- 39. S. Siricius Rom. moritur 398.
- 40. S. Anastasius I. Roman. obiit 402.

L

41. S. In-



41. S. Innocentius I. obiit 417.  
 42. S. Sofimus Græcus obiit 418.  
 43. S. Bonifacius 1. Rom. decessit 423.  
 44. S. Cœlestinus I. Rom. cessit è vita 430.  
 45. S. Sixtus 3. Roman. obiit 440.  
 46. S. Leo Magnus & I. Tuscus obiit 461.  
 47. S. Hilarus Sardus decessit 467.  
 48. S. Simplicius Tiburtinus obiit 483.  
 49. S. Felix 2. Anicius Roman. obiit 496.  
 50. S. Gelasius I. Afer decessit 496.  
 51. S. Anastasius 2. Rom. obiit 498.  
 52. S. Symmachus Sardus obiit 514.  
 53. S. Hormisda Campanus obiit 523.  
 54. S. Joannes 1. Tuscus obiit 526.  
 55. S. Felix 3. aliis 4. obiit 530.  
 56. Bonifacius 2. Roman. decessit 531.  
 57. S. Joannes 2. Rom. decessit 535.  
 58. S. Agapetus moritur Constantinop. 535.  
 59. S. Silverius Campanus obiit 540.  
 60. S. Vigilius Roman. decessit 555.  
 61. S. Pelagius I. Rom. obiit 559.  
 62. Joannes 3. Catellini filius obiit 572.  
 63. S. Benedictus I. Rom. obiit 577.  
 64. Pelagius 2. Roman. obiit 590.  
 65. S. Greg. I. Magn. Anicius Rom. 604.  
 66. Sabianus Tuscus decessit 605.  
 67. S. Bonifacius 3. Rom. obiit 606.  
 68. S. Bonifacius 4. Rom. obiit 608.



- 68. S. Bonifacius 4. Marfus obiit 614.
- 69. S. Deus dedit Roman. obiit 617.
- 70. S. Bonifacius 5. Campanus obiit 625.
- 71. Honorius 1. Petronii filius obiit 638.
- 72. Severinus Roman. mortuus 639.
- 73. Joannes 4. Dalmata obiit 641.
- 74. Theodorus Hierosolymit. obiit 649.
- 75. Martinus 1. Tuscus exul obiit 654.
- 76. Eugenius 1. Roman. mortuus 654.
- 77. Vitalianus Italus obiit 669.
- 78. A Deo datus Roman. obiit 676.
- 79. Donus Roman. è vita cessit 677.
- 80. S. Agatho Amonis filius moritur 682.
- 81. Leo 2. Monachus mortuus 684.
- 82. Benedictus 2. decessit 685.
- 83. S. Joannes 5. Antiochenus obiit 686.
- 84. Conon, sive Chuno Thrax obiit 687.
- 85. S. Sergius 1. Panormitan. obiit 701.
- 86. Ioannes 6. Græcus decessit 705.
- 87. Ioannes 7. Ianidega obiit 707.
- 88. Sifinnius Syrus moritur 708.
- 89. Constantinus Syrus obiit 714.
- 90. S. Gregorius 2. Rom. obiit 731.
- 91. S. Gregorius 3. Syrus mortuus 741.
- 92. S. Zacharias Policronii filius obiit 752.
- 93. Stephanus 2. Rom. decessit 752.
- 94. Stephanus 3. mortuus est 757.

L 2

95. Pau-



95. Paulus 1. Stephani 3. frater obiit 767.  
 96. Stephanus 4. decessit 772.  
 97. Hadrianus 1. Rom. obiit 795.  
 98. S. Leo 3. Roman. vita decedit 816.  
 99. S. Stephanns 5. Rom. obiit 817.  
 100. S. Paschalis 1. Rom. moritur 824.  
 101. Eugenius 2. Rom. obiit 827.  
 102. Valentinus Roman. obiit 827.  
 103. S. Gregorius 4. Rom. obiit 844.  
 104. Sergius 2. à vitâ cessit 847.  
 105. S. Leo 4. Rom. obiit 856.  
 106. Benedictus 3. Rom. obiit 858.  
 107. Nicolaus 1. Rom. obiit 867.  
 108. Hadrianus 2. Rom. moritur 872.  
 109. Ioannes 8. Rom. obiit 882.  
 110. Martinus, seu Marinus 1. obiit 884.  
 111. Hadrianus 3. Rom. obiit 885.  
 112. Stephanus 5. aliis 6. Rom. obiit 893.  
 113. Formosus Portuensis obiit 896.  
 114. Bonifacius 6. Rom. mortuus exil.  
 115. Stephanus 6. occiditur 900.  
 116. Romanus 1. Marini nepos obiit 901.  
 117. Theodorus 2. Roman. decessit 901.  
 118. Ioannes 9. Portuensis obiit 905.  
 119. Benedictus 4. Rom. moritur 906.  
 120. Leo 4. ab invasore detruditur in  
 carem A. C. 907.



767. 121. Christophor. J. inuasor deturbatur 907.  
 122. Sergius Comes Tusculanus inuasor  
 obiit 910. —  
 123. Anastasius 3. Rom. obiit 912.  
 124. Lando Sabinus præfuit tantum 4.  
 menses. *Quam tibi vita brevis!*  
 824. 125. Ioannes 10. familia Cynthia obiit 929.  
 126. Leo 6. Roman. moritur 929.  
 127. Stephanus 8. Roman. obiit 931.  
 4. 128. Ioan 1es II. Comes Tusculan. obiit 936.  
 129. Leo 7. Roman. decessit 939.  
 130. Stephanus 9. Germanus obiit 946.  
 131. Marinus 2. Roman. mortuus 946.  
 72. 132. Agapetus 2. Roman. obiit 955.  
 133. Ioannes 12. Comes Tusc. deicitur 963.  
 884. 134. Leo 8. intrusus moritur 965.  
 135. Benedictus 5. moritur exul 965.  
 it 893. 136. Ioannes 13. Roman. obiit 972.  
 exul. 137. Donus junior sedit 3. solum menses, &  
 ex nimia apprehensione officii obiit.  
 138. Benedictus 6. Roman. occisus 974.  
 it 901. 139. Bonifacius 7. inuasor, pellitur 975.  
 it 901. 140. Benedictus 6. Comes Tuscul. ob. 984.  
 5. 141. Ioannes de Canena Nova in carcere  
 906. moritur desiderio Pontificatus 985.  
 r in c. 142. Ioannes 15. Roman. obiit 996.  
 20. Ch. 143. Gregorius 5. Germanus Othonis Imp.  
 L 3 conso.



- consobrinus, moritur Ann. Chr. 1003.  
 144. Sylvester 2. Gallus obiit 1003.  
 145. Ioannes 16. aliis 18. moritur post quatuordecim  
 que menses suæ electionis.  
 146. Ioannes 17. Fanassus obiit 1009.  
 147. Sergius 4. vitam exiit 1013.  
 148. Benedictus 8. mortuus 1024.  
 149. Ioannes 20. Com. Tuscul. 1033.  
 150. Benedictus 9. Com. Tusculanus 1033.  
 151. Gregorius 6. Rom. resignat 1046.  
 152. Clemens 2. German. obiit 1047.  
 153. Damasus 2. German. obiit 1048.  
 154. S. Leo 9. Com. de Dagsburg. obiit 1054.  
 155. Victor 2. Germ. Episc. Eichstett 1057.  
 156. S. Stephanus 9. Dux Lotharing. obiit 1059.  
 157. Nicolaus 2. Allobrox moritur 1061.  
 158. Alexander 2. Episc. Lucens. obiit 1063.  
 159. S. Gregorius 7. Petiliani obiit 1068.  
 160. S. Victor 3. Princeps Benevent. obiit 1072.  
 161. B. Urbanus 2. vita excedit 1099.  
 162. B. Paschalis 2. moritur 1118.  
 163. B. Gelasius 2. Cajetanus obiit 1119.  
 164. B. Callistus 2. moritur 1124.  
 165. Honorius 2. discessit è vivis 1130.  
 166. Innocentius 2. obiit 1143.  
 167. Cœlestinus 2. Tuscus obiit 1144.  
 168. Lucius 2. Cacciammicus obiit 1145.



169. Eugenius 3. moritur 1153.  
 170. Anastasius 4. de Suburra obiit 1154.  
 171. Hadrianus 4. moritur 1159.  
 172. Alexander 2. Senensis obiit 1181.  
 173. Lucius 2. Lucensis obiit 1185.  
 174. Urbanus 3. Cribellus obiit 1187.  
 175. Gregorius 8. de Mora obiit 1187.  
 176. Clemens 3. Roman. decessit 1191.  
 177. Cœlestinus 3. de Budonibus 1198.  
 178. Innocentius 3. Comes Signiæ 1216.  
 179. Honorius 3. Sabellus obiit 1227.  
 180. Gregorius 9. Comes Signiæ 1241.  
 181. Cœlestinus 4. Castellionæus ob. 1241.  
 182. Innocentius 4. Comes Fliscus 1245.  
 183. Alexander 4. Comes Signiæ ob. 1260.  
 184. Urbanus 4. Trecensis mort. 1264.  
 185. Clemens 4. Falcodius Gallus 1265.  
 186. Gregorius 10. Vice-Com. Plac. 1276.  
 187. Innocentius 5. Gallus moritur 1276.  
 188. Hadr. 5. Fliscus Com. Lananiæ 1276.  
 189. Joannes 20. aliis 22. Lusitan. 1277.  
 190. Nicolaus 3. Ursinus obiit 1280.  
 191. Martinus. 4. aliis 2. de Bria Gall. 1281.  
 192. Honorius 4. Sabellus moritur 1287.  
 193. Nicolaus 4. vita fungitur 1292.  
 194. S. Cœlestinus 5. de Morono ob. 1294.  
 195. Bonifacius 8. Cajetanus 1303.

L 4

196. Be.



196. Benedictus 9. Bocasinus obiit 1304.  
 197. Clemens 5. Gallus obiit 1314.  
 198. Ioannes 21. aliis 20. de Ossa 1334.  
 199. Benedictus 10. aliis 12. Fornerius 1342.  
 200. Clemens 6. Rogerius Gallus ob. 1352.  
 201. Innocentius 6. Gallus obiit 1352.  
 202. Urbanus 5. de Brisaco Gall. ob. 1370.  
 203. Gregorius II. Gall. Rogerius 1378.  
 204. Urbanus 6. Neapolitan. obiit. 1389.  
 205. Bonifacius 9. Thomacellus 1404.  
 206. Innocentius 7. Melioratus 1406.  
 207. Gregorius 12. Cornarius resignat 1410.  
 208. Alexander 5. obiit 1420.  
 209. Ioannes 22. Cossa 1430.  
 210. Martinus V. de Columna obiit 1431.  
 211. Eugenius 4. Condemerius ob. 1444.  
 212. Nicolaus V. de Sarcina mort. 1455.  
 213. Callistus 3. Borgia Hispan. obiit 1458.  
 214. Pius 2. Picolomineus moritur 1464.  
 215. Paulus 2. cognom. Barbatus ob. 1471.  
 216. Sixtus 4. de Ruvere decessit 1484.  
 217. Innocentius 8. Cibous mort. 1492.  
 218. Alexander 6. Borgia Hispan. 1503.  
 219. Pius 3. Picolomineus præfuit tantum  
 dies 26. & mortuus est.  
 220. Iulius 2. de Ruvere obiit 1513.  
 221. Leo 10. Mediceus obiit 1517.  
 222. Hadrianus 6. German. moritur 1523.



223. Clemens 7. Mediceus obiit 1534.  
 224. Paulus 3. Farnesius mort. 1549.  
 225. Iulius 3. Ioan. Maria Aretinus 1555.  
 226. Marcellus 2. Cervinus sedit dies 22.  
 227. Paulus 4. Carafa moritur 1559.  
 228. Pius 4. Mediceus obiit 1565.  
 229. Pius V. Ghislerus mort. 1572.  
 230. Gregorius 13. Boncompagnus. 1585.  
 231. Sixtus 5. Perrettus de Monte alto 1589.  
 232. Urbanus 7. Castan. vita excedit primo  
 electionis mense 1590.  
 233. Gregorius 14. Sfondratus obiit 1590.  
 234. Innocentius 9. Faginetus obiit 1592.  
 235. Clemens 8. Aldobrand. mort. 1615.  
 236. Leo 11. Mediceus præfuit 25. dies.  
 237. Paulus V. Burghesius mort. 1621.  
 238. Gregorius 15. Ludovisus obiit 1623.  
 239. Urbanus 8. Barberinus 1644.  
 240. Innocentius X. Pamphil. electus 15.  
 Septemb. moritur 1655.  
 241. *Alexander VII. Fabius Chisius* ele-  
 ctus ad clavum Reipub. Christianæ, nunc  
 claves S. Petri Proto-Papæ, & Principis  
 Apostolorum moderatur, quem clemen-  
 tissimus Deus tanquam verum, & indubi-  
 tatum Ecclesiæ suæ Vicarium, & Prore-  
 gem in suo sancto proposito, & conatu re-  
 L 5 conci.



conciliandi dispersos Christianorum Re-  
 gum, & Principum animos ita dirigere  
 gubernare, & sospitare dignetur, quate-  
 nus inter se se unitis unà cum Augustissi-  
 mo, & Sacratissimo Principe *Leopoldo*  
 Christianorum Imperatore longe meri-  
 tissimo (qui per se, & Serenissimam do-  
 mum suam Austriacam plusquam 400. an-  
 nos Sanctam Dei Ecclesiam, & Sedem  
 Apostolicam cum tota Christianitate  
 quæ aliàs, ut moraliter certi sumus, iam  
 pridem ad Turcarum transisset, feliciter  
 defendit) universis Christicolis nedum  
 capitales inimicos propulsare, sed &  
 civitatem, & terram Sanctam Ierusalem  
 & Constantinopolim Patriarchalem, &  
 Imperialem urbem recuperare valeat.

Habes hic, Benevole Lector, seriem  
 omnium Sanctissimorum Pontificum, in  
 quibus contemplari, & mirari licet supre-  
 mum illud honorum, & dignitatum fa-  
 stigium tantæ esse altitudinis, & Majestatis,  
 ut plurimis Romanis Pontificibus  
 dum in Vicariatu Dei vix unum, & alterum  
 actum suæ celsitudinis celebrassent  
 aut celebraturi essent, sola consideratio  
 statûs sui vitam ademerit, aut certe ab  
 brevior



breviaverit, & duplo fermè plures sub eadem temporis intercapedine Pontifices, quàm Imperatores extiterint, & verè dicere possint, *Tanta est, ò Deus, tua Maiestas, cuius personam ago.* Sicut ante annos 23. dum in Aula Illustrissimi, & Reverendissimi Principis Franciæ Orientalis Ducis *Francisci* Herbipolensis & Bambergensis Episcopi commoraremur, audivimus à Cancellario *Hafsiæ*, qui officium Legati apud Cæsarem facturus obstupuit, dicens: *Tanta est tua, ò Cæsar, Maiestas, ut loqui non possim.*

Docent multi Politici, ac præcipuè Heterodoxi, se minimè inficiari, amplissimam Pontificum Majestatem, & potestatem, verùm quæ ad Reipub. statum pertinent, Pontifices nihil habuisse, quibus *Ulpianus* satisfacit *in leg. 1. §. 1. ff. de iustit. & iur.* Ubi ait, omne jus patri in publicum, & privatum, vel tum ex *Quintiliano*, tum ex *Aristotele* in Sacrum, publicum, & privatum, quod idem cum *Ulpiano* est, quia publicum etiam in Sacris consistit: Publicum igitur est,

L 6 quod



quod ad statum Reipub. spectat, quodque, ut idem Ulp. ait *in d. l. 1. §. 1.* In Sacris, in Sacerdotibus, & Magistratibus consistit. Quomodo & Festus Pompejus scribit, *Pontificem Maximum Iudicem, & Arbitrum esse rerum divinarum, atque humanarum.* Atque ideo tanta per temporis successionem apud homines valuit Pontificum potentia, ut ab ipsis multi diversis temporibus Magistratu se abdicare, dignitatem deponere, & potestate regni, & consulari exui iussi, coactique fuerint. Quamobrem aliquando suspectam, & invisam fuisse Patriiis testatur Livius, & multi Historici, apud quos Pontifices, auguresque eorum Sacerdotia plebi communicari conqueverunt. Eandem Pontificum potestatem cum postea Summi Imperatoris pertinere inciperent, ut eo liberarentur metu, Summo Pontificatu initiari, & omnibus Sacris inaugurari voluisse, testis est Cassius *lib. 53.*

Existimabant quippe, si Summo illo essent Sacerdotio aucti, Cæsaream potentiam, & dignitatem nulli potestati cessuram: Nam omnis Reip. administratio penes Pontificem erat. Quantam insuper poli-



politicam potestatem Sacerdotes habue-  
 rint apud omnes gentes, referunt Thomas  
 Bosius *de ruin. gent. & regn. lib. 2.* Ne-  
 mo enim, teste Platone *in lib. de regn.* Rex  
 creabatur, nisi qui Sacerdotio præditus fo-  
 ret, adeò ut omnes causæ tam sacræ, quàm  
 profanæ ad ipsum devolverentur. Et in  
 Conventibus Germaniæ publicè habitis,  
 ubi de summa rerum agebatur, Sacerdotes  
 jus habuisse imperandi, & silentium indi-  
 cendi tam pace, quam bello, Corn. Taci-  
 tus *lib. de Morib. Germ.* scribit. Apparet  
 itaque haud obscure, jus status esse potesta-  
 tem à Deo datam per medium Pontificem  
 ejus in terris Vicarium Principi in popu-  
 los justè imperanti in bonum subditorum  
 eum legibus prodeuntibus à divina, & na-  
 turali ad moderandas Principis, ut Prin-  
 ceps est, actiones, teste Carer. *de potest. Rom.*  
*Pontif. lib. 2. cap. 24.* Hacque in re Itali se  
 maximè extollunt super omnes Nationes,  
 quod habeant Principem cœlestem, nem-  
 pe Pontificem Romanum, qui per multa  
 secula dederit potentissimis Regibus, ut  
 primi essent inter potentissimos orbis ter-  
 rarum Reges, hoc solum, quod ipsius con-  
 cessu vocabantur, & vocantur *Imperato-*  
*res*



*res Romanorum*, quam dignitatem sequen-  
 bantur amplæ in Italia ditiones; ipse au-  
 tem Pontifex pro sua Majestate, & poten-  
 tia ita colatur à maximis orbis Regibus, &  
 Imperatoribus, ut nemo unquam vivens à  
 talibus sit cultus, quin illi obedientiam sin-  
 gularem per suos Legatos semper jurent, &  
 quidem è tam remotis oris missos, ut ex  
 adeò longinquis nunquam ad ullum fue-  
 rint hac de causa, vel ulla etiam missi. Ipse  
 autem Imperatores, & Reges maximos  
 folio dejecerit, deijciendique potestatem  
 habeat, aliosque ad illud evexerit, ita ut  
 nemo ex ulla orbis parte unquam tot, ac  
 tam magnis ditionibus imperantes vel eis  
 exuerit, vel ad eas promoverit, & eidem  
 per tantum tempus maxima regna Tribu-  
 tum solverint, quantum nulli hac in re  
 evenit, opes porrò tantas inter suos partia-  
 tur, quantas nullus unquam Rex, vel Im-  
 perator; Ex his verò Episcopi ab ipso ordi-  
 nati potentissima Imperia, ac Regna dent,  
 atque ex antiquissimo tempore soliti sint  
 dare, ac rursus ex his aliqui, ut possint, id  
 habeant ipsius Pontificis largitione, no-  
 menque & decus regium magnis Principi-  
 bus largiatur. Abeant igitur moderni, in-  
 sipien-



ſipientesque Politici, ac Hæretici, qui in-  
 vidia, ambitione, & avaritia obcæcati jus  
 ſtatus ad jus Pilati referunt, de quibus San-  
 cti Dei ita prophetarunt: *Aſtiterunt Re-  
 ges terra, & Principes convenerunt in unum  
 adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum  
 eius, Pfalm. 2. Et Iſaias: Infecta eſt terra  
 ab habitatoribus ſuis, quia transgreſſi ſunt  
 leges, mutaverunt, diſſipaverunt fœdus ſem-  
 piternum. Verùm quid ipſa Religio dicat,  
 audiamus: Sape expugnaverunt me à iu-  
 ventute mea, etenim non potuerunt mihi,  
 propterea induantur, qui detrahunt mihi,  
 pudore, & operiantur ſicut diploide confu-  
 ſione ſua. Quia major eſt potentia Pontifi-  
 cum, quàm detractio rebellium hæretico-  
 rum, & Apoſtatarum.*

De Cardinalibus, Patriarchis, Primati-  
 bus, Metropolitanis, Archiepiſcopis, Epi-  
 ſcopis, Abbatibus, reliquiſque Cathedra-  
 lium, & Collegiatararum Eccleſiarum  
 Prælatiſ, & Canonicis, &c. Vide *Indicem  
 Auſiſod. noſtræ iur. publ. Sacri Rom. Imp.*  
 Ubi univerſum Hierarchiæ ordinem, &  
 ſtatum ſub Romano Pontifice traditum re-  
 peries.



*In Nomine Domini Nostri JESU  
CHRISTI, eiusque Gloriosissima Virg  
Matris MARIAE soli, ac poli Reginae hono  
rem, nec non Sanctae Sedis Apostolica exal  
tationem haec scripta sunt, cuius me iudicio  
totum quantum, omniaque mea rudi miter  
vã concepta, & in lucem data scripta tota  
mentis devotione submitto.*



LACO



LACONICA EXPOSITIO  
S. R. IMPERII

*intra curru*

Genealogia Imperatorum

è Domibus Austriaca, & Otto-  
mannica, aliorumque Cæsa-  
rum, & Principum.

**I**MPERIUM Romanum, quod  
sub Trajano Imperatore se ex-  
tendebat ab Oceano Hyberico  
ultra Tygrim, & ab Oceano  
Atlantico usque ad sinum Per-  
sicum, & ab Atlante usq; ad Sylvam Cale-  
doniam, &c. coepit declinare sub Imppp.  
Galba, Othone, & Vitellio propter bella  
civilia omnium malorum fomenta, sicut  
nuper à Gallis, Suecis, & aliis inimicis Ro-  
mani Imperii experti sumus. Reduxit Im-  
perium *Constantinus Imp.* ad pristinum sta-  
tum, siquidem bella domestica extinxit,  
tenuitque Principes Imperii barbaros, &  
inimicos sub freno, sedem Imperialem  
Româ Byzantium curatus à lepra transtu-  
lit, & debilitavit Imperium, quod Anno  
M Do-



Domini 341. inter 3. filios divisit in Orientale, Occidentale, & Medium, relicto Papa Sylvestro super imperium Occidentale, & filios dominio, qui motis contra armis, seipsos, & subditum Imperium adeò enervarunt, ut videretur quasi corpus sine sanguine, & anima: Nam Franci populi intrarunt Galliam, Hunni traiecerunt Danubio Pannoniam, Wandalis sub Alarico Rege occuparunt Romam anno Christi 466. Andalusiam, & Africam, Alani Lusitaniam, Gothi majorem Hispaniam, Angli Britanniam, Burgundiones Provinciam, &c. Donec tandem Sacratissimus Noster Justinianus Imp. pulsus per Ducem Belisarium Gothicis, Hunnis, & Wandalis deperdita loca recuperasset. Verum enim verò modico id tempore duravit. Anno quippe 713. Saraceni ex Soria, & Ægypto Africam ingressi occuparunt Siciliam, Hispaniam, & Anno 735. Narbonam, Aquitaniam, Tolosam, Bardeum, & viciniam omnia, adeò ut Imp. urbs Constantinopolis pavere cœperit, multò minùs Occidentali Imp. succurrere potuerit. Quod contempserat Leo Papa III. eoque magis motus quod Imp. Constantinopolitanos hanc



cos recipere, & quod sequi solet, omnem impietatem, & immunditiam fovere cerneret, Occidentale imp. per *Carolus M.* Francorum Regem armis, & potentia, zeloque Religionis Catholicae, & Apostolicae florentissimum transtulit ad Germanos, *Aurifod. verb. Origo. pag. 1241.* Quod contigit Anno Christi 800. teste Adone Archiep. Viennensi in Gall. dum ait: *In die sancto Nativitatis Domini ante confessionem B. Apostoli cum gloriosus Rex Carolus ab oratione surrexisset, Leo Pontifex capitulum eius coronam imposuit, sicq; ab universo populo acclamatum est: CAROLO AVGVSTO A DEO coronato MAGNO, & pacifico Imperatori Romanorum vita, & victoria.* Et fuit divisum Imp. Occidentale ab Orientali hoc modo, quod à Neapoli, & à Siponto versus Orientem cum Sicilia totum fuit Græcorum, quam divisionem, ait *Blondus*, primùm ab Irene Imperatrice fuisse admissam, & postea à Nicephoro confirmatam. Hac itaque ratione dicitur Imp. à Papa Leone ad Germ. translatum: Nam *Carolus M.* genere, & origine Germ. non minus Franciæ Orientali, quàm Occid. præerat. Et sicut Papa in persona Caroli Imp.



transtulit ad Germanos, ita quoque eis potestatem dedit eligendi Imperatores, reservando sibi approbationem, & confirmationem, quam translationem Greg. V. approbavit, & 7. Germaniæ Principes constituit, qui Imperatorem eligant, & Romano Pontifici præsentent, ut per confirmationem, coronationem, & unctionem Papæ nomen Imperatoris, & Augusti mereatur accipere, qui aliàs Cæsar, aut Rex dicebatur, vid. *Aurifod. iur. publ. d. v. Origo.*

Et certè Carolus Magnus Romani Imperatoris altitudinem adeò recognovit dependere à Papa, ut testamentum, quo Imperium inter filios diviserat, Romam à Leone approbandum remiserit, ut apud dictum Adonem, & in Annalibus Franciæ clarum est. De *Emanuele Commeno* quoque constat, eum pro consequendo Imperio non Electoribus, sed *Alexandro III. Papa* præclara munera misisse Romam, cum Fridericum à sua Sanctitate deponendum cognosceret. Mansit in domo Caroli Magni 100. ferè annos, & defecit in Arnulpho qui fuit coronatus à Papa *Formoso* A. Domini 896. Arnulpho successit Ludovicus, & huic Conradus, Conrado Henricus cum



cum titulo Regum Germaniæ ( quia non fuerunt coronati à Papa) non Imperatorum, Henrico Regi successit Otto filius ejus primus post Arnulphum Imperator, coronatus, & unctus à Ioan. XII. Tandem Gregorius Papa V. instituit 7. Electores, ut dictum supra. Et licet Carolus Magnus ex missione Papæ, ut ait *Iordanus*, Imperium submiserit electioni Principum Germaniæ. Hæc tamen ordinatio locum non habuit, quamdiu domus Carolina non habuit finem, hac quippe durante, filius successit patri in imperio. Verùm constitutio Gregoriana, exclusa omni ratione hæreditariæ successionis Anno 1002. submisit Imperium electioni 7. Principum, quibus Anno 1648. Monasterii octavus accessit.

Rationes, cur sua Sanctitas S. R. Imperium, quod antea sub Car. M. erat hæreditarium, fecerit electivum, fuerunt diversæ.

1. Quod Otto III. non haberet filios.
2. Quod Papa, & Imperator Imperium debilitatum voluerint restaurare per excellentiam personæ, quæ eligeretur absque respectu successionis hæreditariæ.
3. Ad impediendam seditionem, & discordiam, quam multitudo Electorum causabat,



fabat, &c. Illo quippe tempore Imperium  
 Occidentale ad magnas angustias red-  
 ctum erat, & non restabat aliud præter  
 Germaniam & Italiam, idque partim pro-  
 pter feloniam, & infidelitatem Henr. IV.  
 & V. & Friderici I. & II. Impppp. in Ro-  
 manum Pontificem impiè commissam.  
 partim propter ferocitatem populi, & an-  
 tipathiam in Germanos, unde Rudolphus  
 Imp. non tantum non curavit redire  
 Italiam, sed & populis Italiæ libertatem  
 vendidit, Lucensibus quidem 10000. Fla-  
 rentinis 6000. scutorum; aliisque pluri-  
 bus aut minoris, de quibus vide *Aurif. ver-*  
*Magistratus, pag. 981. Membra Imperii*  
*pag. 1062. Rom. Imper. pag. 1567. Ubi dicitur*  
 mus, imperium hoc pluribus constare  
 membris, quæ vel ad imperium spectant  
 illudque recognoscunt, vel non recognos-  
 cunt, etsi eò spectant, ut Reges Hisp. Gall.  
 Daniæ, &c. Helveti, Veneti, Lombardi  
 &c. Alii recognoscunt Imperatorem præ  
 supremo capite, sed ad comitia non vocan-  
 tur, nec ad contributiones, ut sunt Duci  
 Sabaudia, Lotharingia, Brabantia, Frisia  
 Lucemburgi, Burgundia, Principes Ita-  
 lia, &c.



Alii concurrunt ad diætas, & contributiones, in quo gradu sunt Principes, & civitates Germaniæ, exceptis Rege Bohemiæ, & Archiducibus Austriæ, quos Carolus IV. & alii Imperatores exemerunt, ut videre est in *Aurifod. nostr. loc. cit.*

Alii concurrunt non tantum ad contributiones communes imperii, sed insuper solvunt Imperatori Tributum particulare, ut sunt Civitates Imperiales. Alii non tantum veniunt ad diætas, sed etiam ad electionem concurrunt, ut sunt 7. Electores: de quibus vide *pag. 1062. in Aurifod.* Sed strictè loquendo civitates, & Principes Imperii illi duntaxat vocantur, qui concurrunt ad comitia, & habent Imperatorem pro capite, qui iis quandoque absolute mandat, quandoque gubernat per diætas, seu conventus Imperii de consilio, & assensu Electorum indici, & celebrari solitos. Quidquid autem in diætis, seu comitiis concluditur, non potest nisi per alia comitia dissolvi, aut revocari; habet tamen Imperator absolutam exequendi, & puniendi quoscunq; etiam Principes auctoritatem, & potestatem, in qua Monarchicus status in Imperio designari solet,



ait Joan. Boter. *lib. 1. Relat. univers. p. 2. de*  
*Imp. Rom.* Imperator itaque iure majorum  
 est supremus Christianorum Princeps, &  
 Caput seculare, ad illum spectat primaria  
 protectio Ecclesiae, defensio Catholicae  
 dei, cura pacis, & totius Christianitatis  
 commune bonum, praecedit omnes Re-  
 ges, & Principes de mundo, & non reco-  
 gnoscit in terris equalem, nec superiorem  
 nisi Deum, & Romanum Pontificem  
 Christi in terris Vicarium, & Pastorem  
 universalem totius Sanctae Catholicae,  
 Apostolicae, Ecclesiae. Potentia, & virtus  
 Caesaris magnae sunt, Carolus V. contra  
 Turcam sub suis signis, & vexillis ante  
 Viennam habebat 90000. peditum, &  
 30000. equitum; Maximilianus II. 100000  
 peditum, & 36000. equitum ad Javarinum  
 absque omni defectu annonae. Et in bello  
 inter Carolum V. & Protestantes rebelles  
 multis mensibus sine omni fame 150000.  
 armati milites substiterunt in campo, tan-  
 ta erat tunc in Germania, & Hungaria re-  
 rum omnium abundantia, & militaris or-  
 do. Inter Praelatos primas tenent tres Ele-  
 ctiores Ecclesiastici, utpote Archiepiscopus  
 Moguntinus Archicancellarius Ger-  
 maniae, Arch. Coloniensis Italiae, & Tre-



virensis Galliaë, & Navarraë; Archiepiscopus Salisburgensis, olim Magdeburgensis totius Germaniæ primas, qui hodie propter hæresin ab Ecclesia est segregatus, sicut & Bremensis, Hamburg. Mindensis, &c.

Hos sequuntur alii 40. Episcopi, sub Archiepiscopis constituti, Magnus Teutonici Ordinis Magister, & alter Equitum S. Joannis Hierosolymit. Et 7. Abbates S. Rom. Imperii Principes, præter alios. Inter Electores seculares primas tenet Rex Bohemiæ Archipincerna multis privilegiis, & exemptionibus ab Imperatoribus donatus, & præ aliis exemptus, quia tutor, & protector Germaniæ est, unde si præter eum alius constitueretur, eum debellare posset: sicut enim cælum non patitur duos soles, sic nec Alemania duos Imperatores, duos Reges, aut Protectores, nisi Cæsar voluerit. Dux Saxoniam Mareschallus, Dux Baviarum, Marchio Brandenburgensis, & Palatinus Rheni Seneschalcus, &c.

Præter hos Electores sunt alii 34. Duces, Archiduces Austriæ, Rex Hispaniæ propter Burgundiam, Rex Daniæ propter Holsatiam, &c. qui tamen cum discretione comparent. Marchiones, Landgravii,  
M 5 Burg-



Burggravii, Comites, Barones, & Heroes innumeri, Civitates liberae olim erant, nunc circiter 72, vel nobiliores, ut a iunctura quae contribuunt unam quintam illius quod in Comitibus determinatum est.

Verum inter has quaedam sunt Imperiales, quae tenentur solvere Imperatori censum, seu tributum 15000. florenorum Rhenensium; quaedam *Hanseatica*, & c. his omnibus habet Imperator ultra 7. miliones proventuum. Praeter haec imperium obligatum est dare Imperatori seu potius Regi Romanorum pro coronatione, unctione, & confirmatione à Sede Apostolica suscipienda 20000. pedites, & 4000. equites per 4. menses, quod subdium Romanum, vulgò *Römer* appellatur.

Porro imperium Germanicum in 10. Circulos dividitur, qui pluresquam 20000. equites, & pedites contra Turcam, Sarcenos, & infideles mittere possent, si unquam essent, & impia Calvinistarum, Lutheranorum, Anabaptistarum, &c. quos supra diximus, haeresis non causaret discordiam. De hac re vide plura in *Aurifodina* *stra iur. publ. verb. Circuli*, pag. 170.



de 10. *Circulus Imperii*, verb. *Imperium Roman.* pag. 700. & seq. ubi de Imperio in genere, verb. *Comitia*, pag. 838. verb. *Lex Regia Germ.* pag. 924. ubi de iuramento *Cæsaris*, verb. *Imperator*, pag. 784. & 1521. verb. *Magistratus*, & *Monarchia S. R. I.* pag. 981. verb. *Membra Imperii*, pag. 1062. ubi de *Statibus*, verb. *Privilegia Electorum*, pag. 149. verb. *Quatuor Viri*, seu *Tessera-proti*, pag. 1462. ubi de 4. *Viris ex Statibus*, verb. *Regalia*, pag. 1479. ubi de *suprema Maiestate Cæsaris* agitur. Et verb. *Roman. Imp.* 1567.

Huic S. R. Imperio præfuit Augustissima, ac Serenissima Archiducalis *Domus Austriaca* à quadringentis, & pluribus annis, sub idem penè tempus, vel paulò antè, quàm *Turcarum tyrannis Christianos* divexare cœpit: Prodierunt ex hac Archidomo quindecim Sacratissimi *Cæsares*, quos inter unicus *Ferdinandus IV.* Romanorum Rex morte insperata præventus Imperiale diadema non suscepit. Reliqui omnes ad supremam coronam ex singulari Dei dispositione sublimati sunt, ne Imp. Rom. & S. Dei Eccles (contra quam portas inferi non prævalituras ipse Deus promisit)



P. 1  
 2  
 nimis Turcarum persecutionibus afflicta-  
 retur; nulla quippe domus, aut Princeps  
 Christiani orbis ad resistendum inimicis  
 & propulsandas adeo aptus, aut potens est  
 sicut Domus Austriaca tot regnis, ac pro-  
 vinciiis hæreditariis decorata, ut sine adju-  
 torio imperii sola complures reportaret  
 victorias, à qua sacratissima, Deoque, ac  
 Catholicæ Religionis usque ad animam &  
 sanguinem devotissima domo si sceptrum  
 auferatur, jamdudum vaticinatum est. co-  
 ronam Imperialem non multò post ab  
 Alemania fore transferendam. Ut autem  
 videant universi S. Rom. Imperii incolæ  
 quantum huic serenissimæ Domui sint ob-  
 ligati, quamque heroica facta per suos  
 quos genuit, Impp. pro conservanda Ger-  
 mania salute præstiterit, nec non quam in-  
 gentes insidias huic Domui Turcarum ty-  
 ranni, & hæreticorum Protestantium fau-  
 tores intentaverint, placuit hic, quantum  
 ad jus publicum pertinet, utriusque Domus  
*Habsburgo - Austriacæ* inter Christianos, &  
*Ottomanicæ* inter Mahometanos Genea-  
 logiam subtexere. Sunt ergò Imperatores  
 post Carolum Magnum, & Saxones hi se-  
 quentes numero quindecim.

GENEA-



## G E N E A L O G I A

Romanorum Imperatorum è domo  
*Austriaca.*

I.

RUDOLPHVS I.

Fuit *Alberti Sapientis* Illustrissimi & Excelsi Comitis Habsburgensis, & Hedviggis filiaë Henrici postremi Comitis Kyburgensis filius, natus Anno 1218. à Frider. II. Imp. è sacro Baptismatis fonte levatus, ejusque in Aula educatus.

Illius conjuges fuere, prima, Anna filia Bernardi Magni Comitis in *Hohenberg*. Secunda Agnes Ottonis Ducis Burgundiaë filia: ex illa 7. filios, & 7. filias suscitavit. Electus est Romanorum Rex, & Imperator anno 1273. coronatus Aquisgrani anno 1274. scripsit se Landgravium Alsatiæ, Comitem Habsburgensem, Kyburgensem, & Lentzburgensem, appellatus est *Victoriosus*, siquidem in 14. cruentis præliis magnificus triumphator extitit, sacrum Romano. Germanicum imperium, quod pro-



propter 18. annorum vacantiam, & inter-  
regnum, penè dilapsum erat, restituit. Hu-  
jus mortalis vitæ stadium finivit in *Go-*  
*mersheim* anno 1291. sepultus Spiræ Ne-  
metum, ætatis suæ 74. regni, & imperii  
anno 18. cui tota Christianitas pro exantia-  
tis curis, ac sumptibus se obstructam agno-  
scit.

## II.

## ALBERTVS I.

Filius *Rudolphi I.* qui anno 1282. à pa-  
tre, & imperio Archiducatu Austria, Du-  
catu Styriæ, & Carniolæ in *feldum* datus  
contra *Adolphum Imper. Romanorum*  
Cæsar electus, & coronatus est Moguntia  
& Aquisgrani 1298. cum conjugæ suæ *El-*  
*sabetha Meinhardi Ducis Carinthiæ* filio  
21. liberis procreatis, à *Joanne Duce Sue-*  
*viæ* fratris sui *Rudolphi* filio, ejusque con-  
fortibus propè *Habsburgum* perfidè truci-  
datus, primò in *Königs-Feldt* sepultus,  
postmodum Spiræ depositus est. Impera-  
toricidæ verò ob commissam feloniam, &  
homicidium gravi supplicio affecti sunt  
procurante Imperio de nece sui Capituli  
vindictam.

III. FR



## III.

*FRIDERICVS III. Pulcher.*

Filius *Alberti I.* post Henricum VII. Luzelburgicum, præter suum cognatum Ludovicum IV. Bavarum an. 1314. Francofurti Cæsar electus, & anno 1315. Bonnæ coronatus est; conjunx ejus fuit Elifabetha Jacobi Regis Aragoniæ filia. A suo collega Ludovico, amisso prælio, an. 1322. biennium arrestatus, sed Ludovico punito gloriose ad clavum imperii rediit, & à Summo Pontifice solus Imperator declaratus, ac coronatus, demùm anno 1330. vitam cum morte mutavit, postquam 16. annos imperasset, & in *Maubach* magnificè sepultus est.

Post Fridericum III. ex aliis domibus Imperatores creati sunt *Car. IV. & VVenceslaus* Reges Bohemiæ; *Fridericus* Dux Brunsvvicenf. *Iodocus* Marggravius Brandeburgensis, *Rupertus* Dux Bavariæ, *Sigismundus* Rex Hungariæ, & Bohemiæ, quorum aliqui minùs feliciter, quàm Austriaci in regimine substiterunt, quia minùs in pietate, ac reverentia erga Sedem Apostolicam constantes manserunt.

IV. AL.



## IV.

## ALBERTVS II.

Archiducis Alberti, Friderici III. fratris nepos an. 1438. Rex Hungariæ, Imperator, & Rex Bohemiæ modico temporis intervallo creatus, & coronatus est, sub hoc Cæsare Belgradum, seu Alba Græca vulgò Griechisch Weissenburg ab *Amurathe II.* Turc. Rege obsidione cinctus, sed ab *Alberto* magna strage, & interfectione Turcarum liberata fuit. Ejus uxor erat Elisabetha Sigismundi Cæsaris unica filia, cum qua Hungaria, Bohemia, & Moravia pervenit ad Austriacos. Animam reddidit Hungariæ ex nimio peponum, & melonum esu, anno ætatis suæ 43. altero regiminis, sepultus in Alba regali, vulgò Stull Weissenburg / maximo imperii, regnorum, & Christianorum ludu.

Post hunc imperiale diadema continuè seriè apud Austriacos permansit, maxima totius Christianitatis utilitate, ac pace,

## V.

## FRIDERICVS IV.

Archiducis *Ernesti Ferrei* filius natus Oenoponti, an. 1415. Electus est in Romanorum



norum Regem, & Imperatorem Franco-  
 furti an. 1440. coronatus Aquisgrani 1442.  
 Uxor ejus erat *Eleonora* Eduardi Regis  
 Portugalliae filia. Hic aestimavit scientias,  
 & Doctores Equestri Ordini conjunxit, &  
 Nobilibus pares esse voluit tam in Cathe-  
 dralibus Ecclesiis, quam Comitiorum  
 Conventibus, unde & Doctores JC. Præ-  
 nobilium titulo in Recessibus Imperii  
 gaudent. Obiit Lincii ad Danubium an-  
 no 1493. sepultus Neostadii, anno ætatis  
 suæ 78. Imperii verò 54. qui sola scientia, &  
 rerum experientia regebat universa.

## VI.

## MAXIMILIANVS I.

Filius *Friderici IV.* generosus, & ap-  
 primè doctus paternis vestigiis insistens, ac  
 Turcæ formidabilis Imperator timore, &  
 amore continuit Imperium. Hic decem  
 Circulos, vulgò *Des Heiligen Römischen*  
*Reichs Kraissen/* nec non Cameram Im-  
 perialem Spirensē instituit. Natus est  
 an. 1459. creatus *Cæsar* an. 1486. Franco-  
 furti, coronatus Aquisgrani. Uxor ejus  
 fuit prima, *Maria* Caroli Ducis Burgun-  
 diæ filia, cum qua 17. Provinciæ Belgicæ ad  
 N Austria-



P. 1  
 0  
 Austriacos translatae sunt, quae demum  
 post Carolum V. cui omnes, & singulae sub-  
 erant, per quosdam rebelles, qui Genus  
 id est, *Mendici* appellabantur, teste Surio  
 magna ex parte cum à juramento, tum à  
 fide Orthodoxa Romano-Catholica  
 emergente Joanne Calvino flagitioso quo-  
 dam Sodomita, seditione orta ad Calvi-  
 nismum defecerunt propter praesens  
 Ducis Albani saevitiam. Secunda uxor  
 fuit *Blanca Maria* Galeatii Sfortiae Ducis  
 Mediolanensis filia. Obiit Weltii an. 1518.  
 Sepultus Neostadii, aetatis suae 60. Imperator  
 verò 33. anno. Post ejus obitum nonnullae  
 mutationes Procerum Imperii erant sub  
 incide, quas successor Carolus V. sustulit.

## VII.

## CAROLVS V.

Maximiliani I. nepos, Philippi I. Hispaniarum, & Indiarum Regis Catholici  
 lius, natus Gandavi in Flandria anno 1500.  
 factus Hispaniarum Rex an. 1518. electus  
 Romanorum Imperator 1519. coronatus  
 Aquisgrani 1520. Sub hoc Imperatore  
 gustana Confessio usque ad finem Sacro  
 Sancti, & Oecumenici Concilii Tridentini  
 Regi



(cui quidam non rectè de Christo, ejusque S. Romana Ecclesia sentientes contradicebant) permiffa fuit. Graviffima bella contra Galliam adverfus Smalcaldicum Caenam, nec non in Africa gellit. Uxor ejus erat *Isabella* Augusta Emanuelis Regis Portugallia filia; tandem rerum humanarum pertæsus, de æternitate præcogitans Imperio, & Regno Hisp. se abdicavit. Hoc Philippo filio, illo Ferdinando fratri relicto, apud *S. Iustum* in Hispaniis Deo se totum quantum, posthabitis mundanis curis, consecravit an. 1556. Ubi duobus post annis vitam sanctè finivit, Granatæ sepultus, ætatis suæ 59. Imperiorum verò 40. anno.

## VIII.

## FERDINANDVS I.

Caroli V. germanus frater natus Medinæ an. 1503. coronatus Rex Bohemiæ anno 1526. Pragæ, Rex Hungariæ Albæ Regalis an. 1527. Romanorum Rex anno 1531. Imp. an. 1558. Cum Augusta sua conjugè Anna Vladislai IV. Hungar. ac Bohemiæ Regis filia duo illa regna Austria adjecit.

N 2

Adver-



Adversus Joannem Zepusiensem bellum  
 excitavit pro corona Hungariæ. Expulsi  
 Solimannum Germaniã, & Hungariã, &  
 post præclaras victorias Viennæ postre-  
 mum clausit diem an. 1564. ætatis suæ 62.  
 regiminis verò 34. anno, cui regnum Ger-  
 manix, Hungaria, & totum Rom. Impe-  
 rium obstricta permanent, ejusque obitu  
 tum magno luctu Catholici contestati  
 sunt, hæreticum quippe ab avita religione  
 alienum nec aspicere voluit, nec tolerare,  
 re, &c.

IX.

## MAXIMILIANVS II.

Ferdinandi Imp. filius natus Viennæ an-  
 no 1527. unius anni intercapedine Re-  
 Hungariæ, Bohemiæ, & Imperator electus,  
 & coronatus est anno 1562. ad 1576.  
 Uxor ejus erat Maria Caroli V. Imp. filia.  
 Per suos Generales plurima in Hungaria  
 cum Solimanno gessit bella tutatus Imperium  
 à Turcarum infestatione, & impetente  
 ruina. Obiit anno 1576. Ratisbonæ  
 in Comitibus, ætatis suæ 50. regiminis verò  
 14. anno, postquam saluberrima consilia  
 de conservando Imperio Vasallis, Principibus  
 &c. imp.



pibus, & Septemviris dedisset, & Comitia pro salute Imperii jam ferè ad finem perduxisset.

X.

*RV DOLPHVS II.*

Maximiliani II. filius natus Viennæ anno 1552. Romanorum Imperator electus, & coronatus anno 1575. continuis contra magnum Turcam bellis detentus, crebrò hunc immanem tyrannum prostravit opulentiis victoriis recreatus. Hujus ævo novum *Calendarium Gregorianum* à Sede Apostolica introductum fuit: magna rerum experientia, ac cœlestis vitæ exemplo præluxit. Sub ipso summa pax, & tranquillitas fuit in Imperio, nullæ externorum Principum confœderationes, sed unus omnium animus, magna subditorum Principum erga eum obedientia, & externorum Regum honor, & respectus, à magno Turca magnus Christianorum Imperator appellatus. Hujus in Aula Imperiali diem suum obiit famosus Astrologus *Tycho Brahe*, qui mira ipsi de Turcis prædixit. Obiit hic pientissimus Cæsar Pragæ an. 1612. postquam 60. annos vixisset, & 37. feliciter imperasset.

N 3

XI. MAT-



XI.

## MATTHIAS I.

Rudolphi II. frater, qui eo adhuc vivente in propria persona cruenta prælia adversus Turcam suscepit, natus est an. 1557. electus Romanorum Imperator an. 1612. Sub ipso an. 1617. sumpsit exordium bellum Bohemicum cum Friderico Palatino Electore, qui se Regem facere volebat, infelicis suo successu, irritoque conatu, dum perfidiæ suæ ac commissæ in Cæsarem, & Imperium feloniam poenas daret, Altissimo Deo sic disponente, qui mandat Cæsari dari, quæ Cæsaris sunt, & Deo, quæ Dei sunt. Obiit an. 1619. Viennæ, ætatis suæ 63. regiminis verò 7. anno.

XII.

## FERDINANDVS II.

Archiducis Caroli, Imperatoris Maximiliani II. fratris filius, seu nepos, natus Græcii an. 1578. creatus Romanorum Cæsar an. 1618. Rex Hungar. & Bohemiæ 1619. per suos Generales Tampir, Buquoy, Wallenstein, Papenheim, &c. adjuvante Deo, & potentissimo Principe Electore Maximiliano



liano Bavariæ Duce, sui consobrini Friderici propter Deum oblito, sui commodi propter commune bonum incurio, suæ vitæ propter Ferd. Cæsarem, & Imperium prodigè victoriosè belligeravit cum Bohemis, Hungaris, confœderatis, & unitis Principibus Protestantibus Catholicæ Religionis inimicis, Danis, & Suecis, quos in fugam, & stragem dejecit, adeo ut Austria sit conservata, Bohemia subjugata, Moravia recuperata, Hungaria quoad Turcas, & rebelles tremefacta, Silesia sollicitata. Vide Constantin. Peregrin. *in suo lib. tit. Buquoy, quadrimest. iter, &c. per tot.* Obiit in magna vitæ sanctitate in suo Imperiali Palatio Viennæ anno 1637. sepultus Græcii, postquam vixisset annos 58. imperassetque 18. & 12. præclaras reportasset victorias, quarum primaria fuit in Bohemia ad montem Album, ubi Cæsar, & Bavarus cum Generali Buquoyo, &c. de parienda victoria, ob inimicorum potentiam desperantes, sed à Ven. P. *Dominico à Jesu Carm. Discalc.* confortati, eoque Patre cum Crucifixo præeunte animati prælium ingressi confœd. parta victoria internecione deleverunt. Conjuges ejus fuere, prima



*P. I.*  
*o.*  
 Maria Anna Wilhelmi Ducis Bavariae filia: Secunda Eleonora Vincentii IV. magni Ducis Mantuae, &c. primogenita, filia prima natus est Sereniss. Archidux Leopoldus VVilhelmus anno 1614. quem Deus Opt. Max. sospitare, ejusque bona consilia, auxilia, & felices successus pro salute imperii felicissimis incrementis secundare dignetur.

## XIII.

## FERDINANDVS III.

Filius Ferdinandi II, natus an. 1608. Romanorum Imperator electus, & coronatus Ratisbonae an. 1636. in praelio ante Nordlingam commisso Triumphator exitimatum bellum cum Gallis, & Suecis 12. annos continuavit, ac saepe contra conjunctas coronas triumphavit, donec tandem anno 1648. post sexennalem Tractatum pacis universalis *Monasterii Westphaliae* concluderetur. Obiit an. 1657. aetatis suae 49. regiminis vero 21. annor. Ex tribus uxoribus reliquit 3. filios, nempe ex Maria Philippa Hispaniarum, & Indiarum Regis filia Leopoldum Ignatium: Ex Maria Leopoldina Archiducis Leopoldi V. filia



filia Carolum Josephum natum an. 1649.  
 Et ex Maria Eleonora moderna Impera-  
 trice vidua Ferdinandum Josephum Aloy-  
 sium. Filia ejus Maria Anna ex prima con-  
 juge est moderna Hispaniarum Regina  
 Regis Philippi IV. conjunx, nata an. 1635.  
 25. Maii. Quam Deus cum suo Catholi-  
 cissimo Rege, & Monarcha per diu servet  
 incolumem.

## XIV.

## FERDINANDVS IV.

Filius quoque Ferdinandi III. è prima  
 conjuge natu major, genitus est an. 1633.  
 electus, & coronatus Romanorum Rex  
 Augustæ Vindelicorum, & Ratisbonæ an-  
 no 1653. susceptis prius regnorum Hunga-  
 riæ, & Bohemiæ coronis, a. 1654 pustulis,  
 seu varis sublatus è vita magno omnium  
 luctu, & tristitia propter innatam mansue-  
 tudinem, & bonitatem.

## XV.

## LEOPOLDVS I.

Ferdinandi IV. Germanus frater natus  
 An. 1640. quinto nonas Junii: Rex Hun-  
 gariæ anno 1655. 27. Junii, & Bohemiæ 1656.

N 5

14. Se-



14. Septembr. Romanor. verò Imp. creatus 1658. 8. Julii, coronatus 15. ejusd. Francofurti. Quem Deus ter Opt. Max. in longitudine dierum cum sua sancta benedictione, & prosperitate exaltare dignetur, quatenus unanimi Electorum, & Principum Imp. robore Ottomannicam tyrannidem labefactare, atque adeò vires S. R. Imperii adaugere valeat, ut non solum perditam Christi Salvatoris nostri patriam, id est, Palæstinam, seu Terram Sanctam, sed & proprias suas, & Imperii Provincias per discordiam Christianorum, & hæresim amissas recuperare mereatur.

Habes hîc, Candide Lector, quod volumus, Laconicam Augustissimorum è Serenissima Domo Austriaca prodeuntium Christianorum Cæsarum Genealogiam initium, & progressum; unde hi ordinarii Cæsarum, & Imp. nostrorum Tituli colligi solent, quos & magnus Turca hunc in modum quandoque reperitur usurpasse; prout apud Christianos recipi solet.

*Sacratissimo, & Invictissimo Christianorum longè potentissimo Imperatori, & præcunctis Regibus, & Principibus Europa Serenissimo Principi, ac Domino, D. N. Leopoldo*  
*drum*



*divina favente clementia Romanorum Cæsari semper Augusto, Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, Schlavonia, &c. Regi, Archiduci Austria, Duci Burgundia, Brabantia, Styria, Carinthia, Carniolia, Luxemburgia, VVürtembergæ, Superioris, & Inferioris Silesiæ, &c. Principi Suevia, Marchioni S. R. Imp. Burgovia, Moravia, ac Superioris, & Inferioris Lusatia, &c. Comiti Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi, Goritia, &c. Landgravio Alsatiæ, Domino Marchia, Schlavonia portus Naonis, & Salinarum, &c. Quos omnes, vide in Aurifod. nostr. Ubi annotatum reperies, omnium Monarcharum, Regum ac Principum totius Mundi Legatos apud magnum Turcam nec sedere, nec loqui, nisi Augustissimi Romanorum Cæsaris Legatus primas consecutus orationem, & commissionem suam sedendo honorificè absolverit: Reliqui Legati suas commissiones stando proponere jubentur: nullum siquidem Imp. in mundo admittit, nisi se. & Cæsarem. Unde in actis Treugæ, & pacis inter Christianos, & Mahometanos ponuntur hæc verba: Nos duo potentissimi Imperatores, &c. Vide Aurifod. verb. Turcicum Imp.*



*Ad penetrandam Aurifodinam sequitur Romanorum Imperatorum numerus, & ordo.*

**D**iximus in *Aurifod. nostra iur. pub. verb. Magistrat. suprem. seu Monarchia S. R. Imp. pag. 982. & seqq.* Romani in urbe administrationem fuisse regiam per annos 244. & exordium sumpsisse à Romulo usque ad Tarquinium Superbum, qui fuit septimus & ultimus Rex, propter violatam à filio sexto Tarquinio Lucretiae pudicitiam ejedus. Post hunc duos Consules creatos, apud quos Summi Magistratus erant, atque eo tempore statum Reipublicae fuisse Aristocraticum, ac demum in Democratiam versum, cum summum consulari Imperio plebi communicaretur, donec tandem summi Imperii Romani statum ad unius Imperatoris Octaviani Augusti potestatem, & Monarchiam recidisset: Nam cum Caius Iul. Caesar primus Imperator debellatis omnibus adversariis Dictatoris nomen, & potestatem sibi delatam perpetuo sumeret, aliaque multa

contra



contra libertatem Romanam faceret, multorum odium in se concitavit, ut tandem Romæ in Curia Pompeii à M. Bruto, Cassio, Domitio, Trebonio, aliisque 23. vulneribus crudeliter confossus perierit an. 57. post urb. condit. Quos C. Octavianus Cæsaris nepos acerrimè persecutus omnes horrendo supplicio mulctavit.

Interfecto itaque Julio Cæsare populus Rom. lege Regia omne suum jus, omneq; Imperium ac Majestatem contulit Octaviano Augusto, qui illud per se, & successores suos Imp. adeò auxit, ut totius Orbis tenerent principatum, sicque unitum mansit Imp. usq; ad tempora Constantini Magni Imp. qui illud in Orientale, & Occidentale divisit, sedem Regiam anno Christi 311. *Byzantium*, aliàs suo de nomine *Constantinopolim*, quam Romam novam, & Provinciam Thraciæ Romaniam appellari voluit, transtulit, & Romanum Pontificem Imperio Occidentali donavit.

Permansit ergò Romanorum Principatus ita divisus post Constantinum M. partim in Constantinopoli penes Imperatores Græcorum ab an. 337. usque ad an. 1441. quo Orientale Imperium sub Constantino Palæo-



Palæologo à Turcis occupatum est, partim in Roma penes Romanos Pontifices quoad Occidentale Imperium s. *Sylvestro* Papæ, & Ecclesiæ donatum usque ad *Carolum Magnum*, quem *Leo III.* Pontifex Max. suo loco Imperio Occidentali præfecit, ut dictum in *Aurifod. loc. cit. & supra, de donat. Constant.*

Sunt autem Imperatores Romani à *Cajo Jul. Cæsare* usque ad *Leopoldum I.* universim 132. quos in gratiam Juristarum, quibus hæc nomina in corpore sæpè occurrunt, placuit hic subnectere.

1. *Cajus Iulius Cæsar*, à quo Rom. Aquilæ, & Cæsarum appellatio, quod ex utero matris cæsus sit, & *Domitor Gentium* invictissimus, occisus à conjuratis, ut supra an. urb. cond. 709. ætatis 56. Romanorum celeberrimus.
2. *Octavianus Cæsar August.* sub quo *Redemptor noster CHRISTUS* natus est, obiit A. Chr. 16. postquam per publicum edictum universus orbis describi iussus esset.
3. *Claudius Tiberius Nero*, sub quo *Christus* passus est, obiit A. C. 39. ætat. 78.
4. *Cajus Caligula* 30. vulnerib. confossus, interiit A. C. 48. ætatis 29. s. Ti-



5. Tiberius Claudus seipsum conficit,  
A. C. 70. ætatis 64.
6. Dom. Nero seipsum confodit 70. æt. 32.
7. Servius Sulpitius Galba oecifus A. C. 71.  
ætatis suæ 73, propter crudelitatem.
8. Marcus Sylvius Ortho seipsum perimit  
A. C. 71. ætatis 38.
9. Aulus Vitellius occiditur A. C. 71. æta-  
tis 57. Imperii mense nono.
10. Flavius Vespasianus obiit A. C. 81. 69.
11. Titus Vespas. veneno perit 83. 41.
12. Flavius Domitianus occiditur 98. 45.
13. Nerva Coccejus moritur febri, 100. 61.
14. Ulpius Trajanus obiit A. C. 119. 61.
15. P. Ælius Adrianus obiit 140. ætat. 63.
16. Antonius Pius pater Patriæ ob. 163. 75.
17. M. Aurelius Antonin. & L. Ælius Ve-  
rus, hic eodem die, ille 182. æt. 59. ob.
18. Commodus interficitur 194. 31.
19. P. Ælius Pertinax post 3. menses occi-  
sus A. C. 195. ætatis 67.
20. Didius Iulianus à gregario milite occi-  
sus post dies Imperii 66. ætatis 56. ea  
est tyrannorum merces.
21. Septimius Severus mort. 213. æt. 65.
22. Antonius Caracalla Geram Collegam  
fratrem perimit, occiditur 219. æt. 29.
23. Opilius



23. Opilius Macrin. occiditur 220. æt. 54.
24. Aurelius Antoninus Heliogabalus cognom. Sardanapalus occisus A. C. 218. ætatis 18.
25. Alexander Severus occisus 237. æt. 29.
26. Julius Maximinus occisus à milite 240.
27. Gordianus occiditur 246. ætat. 22.
28. M. Jul. Philip. occiditur cum filio 253.
29. Decius Trajan. perit bello Gott. 254. 50.
30. C. Vib. Trebon. Gall. occiditur cum filio A. C. 255.
31. Aurel. Licinius Valerianus cum Gallieno fratre fit scabellum Saporis Regis Persarum ob nimiam superbiam A. C. 262. Gallienus occiditur 269. æt. 50.
32. Flavius Claudius peste moritur 271.
33. A. Quintillus venas sibi incidi jubet 271.
34. Domitius Aurelian. occisus A. C. 278.
35. Claudius Tacitus præfuit 6. mensibus obiit A. C. 279. ex timore occisionis
36. M. Annius Florianus occisus post 2. menses A. C. 279.
37. M. Aurelius Valerius Probus Hungarus occisus A. C. 283.
38. M. Aurelius Carus fulmine tactus, perit A. C. 284.
39. Carinus, & Numerianus hic paulò post inter-



interfectus, ille bello occubuit Anno Christi 284.

40. Aulus Valerius Diocletianus Dalma-  
ta se abdicat 304. moritur 316. æt. 78.
41. Constantius, & Maximianus, ille obiit  
A. C. 306. hic 309. aliis 311.
42. *Constantinus Magnus*, primus Impera-  
tor Christianus, Christiani nominis  
propagator, Imperii Orientalis con-  
ditor, Apostolicæ Sedis alumnus, bi-  
cipitis Aquilæ auctor, obiit. A. C. 337.  
ætat. 65. Imperii 31.
43. Constantinus junior, Constans, & Con-  
stantius, illis mortuis hic solus impe-  
rat, obiit 361.
44. Julianus Apostata cœlitus occid. 363.
45. Jovianus moritur A. C. 364. ætat. 33.
46. Valentinianus 1. obiit 375. ætat. 55.
47. Gratianus occiditur 383. æt. 28.
48. Valentinianus junior occisus 392.
49. Theodosius Magnus ob. 395. æt. 50.
50. Arcadius, & Honorius, ille ob. 408. 31.
51. Honorius post fratrem solus, obiit Ro-  
mæ A. C. 423. ætat. 39.
52. Theodosius 2. perit in venatione 439.  
ætat. 49.
53. Valentinianus 3. occisus A. C. 455.

O

54. Mar-



54. Martianus moritur A. C. 457.
55. Leo Thrax cognom. Macelles ob. 474.
56. Zeno Isauricus dejicitur A. C. 476.
57. Basiliscus Victus fame perire cogitur  
ob nimiam crudelitatem A. C. 477.
58. Zeno 2. vivus tumulo infertur. 491.
59. Anastasius perit fulmine A. C. 518.
60. Justinus Anicius in Thracia natus ob  
iit A. C. 527.
61. *Iustinianus I.* Magnus Legumlator  
Cathol. Religionis, ac S. Sedis Apo  
stolicæ Protector acerrimus, plurima  
rum Ecclesiarum, Monasteriorum  
& Hospitalium fundator, summus  
Deiparæ Virginis cultor obiit 565.
62. Iustinianus 2. obiit A. C. 579.
63. Tiberius Constantinus 2. obiit 583.
64. Mauritius Tiberius cum liberis à Pho  
ca Imp. Tyranno occiditur 602.
65. Phocas impius miserè obtruncatur 610.
66. Heraclius moritur A. C. 641.
67. Heraclius junior post 4. menses ven  
no sublatus est 641.
68. Heracleonas dejicitur A. C. 642.
69. Constans 2. seu aliis Constantinus 3. ob  
citus in balneo. 668.
70. Constantinus 4. Pogonatus obiit 681.
71. Iustinian. 3. dejicitur 694. 72. Leo



72. Leontius occisus A. C. 703.  
 73. Tiberius 3. Viſus occiditur 703.  
 74. Iuſtinianus 4. occiditur 711.  
 75. Philippicus Bardanes deſicitur 713.  
 76. Arthemius, ſeu Anaſtaſius 2. in Coeno-  
 bium detrufus 715.  
 77. Theodoſius 3. abdicato Imperio fit Mo-  
 nachus 717.  
 78. Leo Iſauricus moritur 741.  
 79. Conſtant. Copronymus ob. miſere 775  
 80. Leo 4. impius moritur 780.  
 81. Conſtantine cum matre Irene, ille  
 moritur 788. uſque ad Carolum M.  
 Papa tenet.  
 82. *Carolus M.* Germanus natus in villa  
*Ingelheimb* 2. milliaribus à Moguntia  
 primus Occident. Germ. Imp. à Leo-  
 ne 3. Pont. Max. inſtitutus & corona-  
 tus, Monachorum Patronus, & om-  
 nium Sacerdotum protector ob. 814.  
 83. Ludov. Pius Regularis vitæ cuſtos 840.  
 84. Lotharius 1. fit Monachus 855.  
 85. Ludov. 2. Lotharii filius moritur 875.  
 86. Carolus Calvus Ludov. Pii filius 876.  
 87. Ludovic 3. cognom. Balbus obiit 879.  
 88. Car. 3. cogn. Craſſus moritur in exil. 887  
 89. Arnulphus Carolomanni filius 899.  
 O 2 90. Wido,



90. Wido, & Lampertus Italiae Reges, & Imperatores decesserunt 904. & 908.
91. Ludovicus 4. è vita cessit A. C. 912.
92. Conradus 1. Dux Franconiae obiit 918.
93. Henricus 1. cognom. Auceps mort. 924.
94. Ottho 1. cognom. Magnus mort. 937.
95. Ottho 2. primi filius cognom. *Pallidus* mort, magnus Deiparae Virginis cultor, obiit 984.
96. Ottho 3. cognom. *Mirabilia* Mirabilis SS. Apostolorum Petri, & Pauli venerator assiduus, obiit 1002.
97. S. Henricus 2. cogn. Claudius, obiit 1024.
98. Conradus 2. Franconiae Dux obiit 1028.
99. Henricus 3. Conradi filius mort. 1042.
100. Henricus 4. impius moritur in excommunicatione, & sepultus est in inferno 1096.
101. Henricus V. Imp. Papae consang. obiit 1125.
102. Lotharius è Ducibus Saxoniae Rector Ecclesiae, & S. Sedis Apostolicae Venerabilis obiit 1138.
103. Conradus 3. è Ducibus Sueviae obiit 1139.
104. Fridericus 1. *Barbarossa* sub pede Romanorum Pontificis promittit Ecclesiae obedientiam, quam non praestita moritur obiit A. C. 1190.

105. Henr



105. Henricus 6. Friderici filius obiit 1197.  
 106. Philipp. Friderici filius occid. 1208.  
 107. Ottho 4. Dux Brunsvvicensis à Papa depositus A. C. 1210. obiit 1218.  
 108. Fridericus 2. Sueviæ Dux. mort. 1250.  
 109. Henricus 7. Thuringiæ Landgravius, Fundator 5. Monasteriorum ob. 1246.  
 110. Guilielmus Hollandiæ Comes occisus 1255.  
 111. Richardus Angliæ Rex contemptus resignat, & in clausuram se recipit 1260.  
 112. Alphonfus Castellæ Rex abdicato Imperio fit Monachus 1273.  
 113. *Rudolphus I.* Magnus Comes ab Habsburg. totum Imperium reformavit, & cultum divinum mirificè auxit summa cum laude, obiit 1291.  
 114. Adolphus Comes de Nassou malo omine occiditur 1298.  
 115. Albertus Austriacus occiditur à nepote, cum magno Imperii luctu sepultus 1307.  
 116. Henricus 8. Dux, & Com. Lucemb. 1313.  
 117. Ludovicus 4. Bavarus, & Frid. 3. Austriacus, ille à Joan. 22. depositus 1328. moritur 1347.



214 GENEALOGIA AUSTRIACA,

118. Carolus 4. Com. & D. Lucemb. 1387.  
119. Wenceslaus Ignavus, & lusor de-  
aus 1400.  
120. Rupertus Bavarus mortuus 1410.  
121. Sigismundus Dux Lucemb. ob. 1437.  
122. Albertus 2. Austr. Habsburg. ob. 1439.  
123. Fridericus 4. Habsburg. Austriacus  
obiit 1493.  
124. Maximilianus 1. Austriacus ob. 1550.  
125. Carolus V. Rex Hispaniarum re-  
gnat 1556. & obiit in Monasterio  
S. Justi in Hisp. 1558.  
126. Ferdinand. 1. Caroli V. frater ob. 1564.  
127. Maximilianus 2. moritur 1576.  
128. Rudolph. 2. Maximil. 2. filius 1611.  
129. Matth. Hung. Rex. Imp. obiit 1619.  
130. Ferd. 2. sancto fine quievit 15. Feb. 1657.  
131. Ferdin. 3. 4. Leopold. I. vide sup. & 11  
*Aurif.*

*Omnia pratererunt prater amare Deum.*

*Genealogia Imperatorum è Domo  
Ottomannica.*

**Q**Uam levibus principiis Imperium  
Turcarum, qui se *Musulmannos* vo-  
cant



cant, sub idem penè tempus, id est, anno Christi 1300. quo Serenissima Domus Austriaca per Illustrissimos Comites Habsburgenses anno Christi 1273. elevata esset, sumpterit exordium per *Osmanem*, seu *Ottomanum* Tartarum, militem magni Chami, hominem audacem, & sceleratum prætextu injuriarum quarundam à Tartaris recedentem, atque in Cappadocia cum 40. equitibus montes, & adirus insidentem, ac demum profugorum militum, ac mendicorum turmis multiplicatum Cappadociam, Pontum, Bythiniam, Pamphiliam, & Ciliciam invadentem, sæpè in *Aurifodina nostra iuris publici* commemoravimus *verb. Turcicum Imp. pag. 1693. & seqq.* Ubi initium & progressum, vitam, & mores, sævitiam, & crudelitatem, arma, & potentiam contra Christicolas intueri, & admirari licebit. Sunt autem Imperatores Orientales Musulmannorum, seu Turcarum sequentes.

I.

## OTTOMANNVS I.

Ertuculis, seu Ortogulis, Tartarici, seu ut alii volunt, Turcici cujusdam Domini

O 4.

mini



P. 1  
 0

mini filius humilis quidem familiae, sed  
 alti & magni animi, quem propter milita-  
 rem experientiam, & fortitudinem Sar-  
 cenorum Sultanus Beglerbegum, vulgo  
 Landt Bogt in Cilicia fecerat, post cuius  
 obitum an. 1300. quia nullum heredem  
 reliquit, hic *Osman* vi, & armis successit in  
 Imperium. Uxor ejus fuit filia Edebalis  
 Turcici cujusdam Prophetæ, qui parentum  
 suo celsitudinem, & gloriam suorum suc-  
 cessorum prophetavit, compellavit se do-  
 minatorem Asiæ minoris, seu Anatoliæ.  
 obiit anno 1328. postquam 28. annos re-  
 gnasset, & multos Christianos incluserat,  
 & crudeliter ad muros civitatum sub-  
 pendisset in terrorem. Vide *Aurif. p. 169.*

## II.

## ORCHANE S.

Filius Ottomanni I. fecit se primo co-  
 ronari, ac Regem appellari, accepta  
 uxorem filia Regis Caramaniæ. Is primo  
 duxit Turcas trans Bosphorum in Gra-  
 ciam, multosque Christianos, ac integra  
 civitates sua humanitate, ac mansuetudine  
 apostatare fecit, ac ditiones suas auxit. Ob-  
 iit an. 1358. sui regni an. 31. De hoc vide  
*Aurifod. pag. 1694.*

III. AMI-



## III.

## AMVRATHES.

Orchanis filius. Hic à Græcorum Imperatore Joanne Calo in auxilium vocatus postquam hostes ejus delessit, ac ipsi Provinciæ multum arriderent, an. 1360. cum ingenti exercitu reversus civitates Callopolim, Philopolim, & Adrianopolim, in qua residentiam suam elegit, occupavit. Hic è captivis Christianorum filiis formosiores & agiliores selegit, & in Aula sua Turcica artibus, moribus, & equestribus exercitiis erudiri mandavit, qui in hodiernum diem optimi Turcarum milites sunt, & *Ianizari* vocantur. Hic in bello contra Lazarum Servix Despotam à Ministro Lazari an. 1390. transfossus est, postquam regno suo 32. annos præfuisset, & in 73. præliis 68600. Christianos contrucidasset, *Aurifod. pag. 1694.*

## IV.

## BAIAZETES.

Filius Amurathis superavit Servios, Despotam in frustra concidi jussit. In Asia, & Europa unam Provinciam post aliam  
 O 5 subegit;



subegit; cum etiam Hungariam intrare  
 meditaretur, Rex Sigismundus electum  
 exercitum 60000. Hungarorum, Gallo-  
 rum, & Germanorum an. 1396. contra eum  
 duxit in Serviam: At Christiani oēs cum  
 exercitu 200000. Turcarum cincti truci-  
 dati, & capti sunt. Post hæc Bajazetes Con-  
 stantinopolim obledit, quam etiam occur-  
 passet, nisi Tamerlano Tartarorum Cha-  
 mo Asiam devastanti occurrere debuisset,  
 à quo anno 1399. in Cappodocia cæsus, ac  
 demum in cavea ferrea per universam  
 Asiam cum despectu circumductus est, in  
 qua anno 1402. capite colliso expiravit,  
 postquam plusquam centum millia Chri-  
 stianorum miserè absorbuisset, *Aurifod.*  
*pag. 1694.*

## V. VI. VII.

SOLIMANNVS, MUSA ZELEBIS,  
 MAHV METES.

Bajazetes 31. genuit filios, qui de suc-  
 cessione contendentes contra se invicem  
 cruenta bella gessere. Solimannus carnis  
 & voluptatum illecebris deditus à Musa  
 seu Mose bello aggressus, & an. 1411. à ru-  
 sticis cæsus occubuit: Hic vicissim à Ma-  
 humete



humete captus anno 1414. strangulatus est, postquam Constantinopolim frustra obsedisset, & in Christianos plurimum sævisset. Mahumetes cum suis vicinis pacificè vixit, Christianos non adeò multum vexavit, sed quietè an. 1521. in fata concessit. De hoc vid. *Aurifod. pag. 1695.*

## VIII.

## AMVRATHES II.

Filius Mahumetis Constantinopolim obsedit, sed frustra; Nam Christianis occurrentibus, & obsessis viriliter repugnantibus, magno sui damno, & confusione in Asiam redire coactus est. Uxorem habuit Despotæ in Servia Georgii filiam, qui cum bellum contra Caramaniam instituisset, Ladislaus Hungariæ Rex de consilio Legati Apostolici Eminentissimi Cardinalis Principis longè prudentissimi cum valido exercitu ingreditur Mysiam, ubi apud oppidum *Varnam* res ad conflictum pervenit, in quo primùm Christiani rerum potiti, postea verò unà cum Rege, & Cardinali usque ad interneccionem deleti sunt, quamvis

O 6 in



in eo prælio etiam plusquam 30000. Turcarum occubuerint. Post hoc Peloponnesum, & præcipuè Albaniam intravit; cui tamen generosus Scanderbegus Georgius Castriotus fortissimè restitit. Sæpè quoque à Joanne Hunniade cæsus est. Obiit a. 1450. postquam 31. annos regnasset, & Christianorum plusquam centum millia, aut fame, aut ferro necasset, *Aurifod. p. 1695.*

IX.

## MAHV METES II.

Filius Amyrathis II. à matre sua ad Christianismum perductus, & educatus fuit. At postea defecit, & nec Christianus, nec Turca remansit. Hic a. 1453. Constantinopolim, seu Byzantium Imperatorum Orientalium residentiam cum exercitu 400000. obsedit, ac superavit, seque primum Orientalium Imperatorem constituit. Et sic augustissimum, & opulentissimum Orientale Imperium sub Constantino Magno cœpit, & sub Constantino XI. Imp. desiit, cum inexplicabili totius Christianitatis luctu, & exitio, Constantino, & Augusta cum toto Nobilissimo Gynecæo in frustra concidi, & ad turre civitatis sub

pend



pendi iussis; postea tyrannus animatus intravit Pannoniam. Verum Joannes Hunniades, & Joannes Capistranus ei obviam procedentes ab Alba Græca feliciter repulerunt. Nihilominus ex post facto universam Græciam, nec non regnum *Trapezuntium* unâ cum reliquis munitissimis Provinciis *Varadinum* usque occupavit. Ab Hungaria arcebatur per Matthiam Regem potentissimum, contra quem quum nihil efficere posset, se movit in Italiam, & civitatem *Hydruntem* anno 1481. armata manu invasit, omnesque incolas ad 100000. Christianorum strangulari, & occidi mandavit. Eodemq; an. 1481. animam diabolo consecravit, & mortuus est, postquam 36. annos regnasset, duo Christianis Imperia, quatuor regna, 20. Provincias, & 200. urbes abstulisset per Christianorum Principum cenodoxiam, & dissidia: Hi enim, propter lepuseculum velitantur, aut glebam terræ quæritant. Illi vastissimas regiones depopulantur. O Vos Magnanimi Principes Christiani, quid respondebitis in tremendo iudicio, qui vineam Domini, quam feras aper exterminat, conservare debuistis? *Aurifod. pag. 1698.*

X, B A I A.



X.

## BAIAZETES II.

Filius Mahumetis II. natus anno 1446. cum Sultano Alcairi, & Venetis plurima instituit bella, at non pari semper successu Christiani quippe magnas ei sæpè clades intulerunt. Et ideò ab eorum fundendo sanguine se se continuit, adeò ut contra Augustissimam Domum Austriacam ne dum manum extendere ausus fuerit, sed & Imperatorem, & Regem Hungariæ in honore, & timore habuerit. Obiit an. 1512. postquam vixisset annos 76, & regnasset 31. *Aurifod. pag. 1699.*

XI.

## SELIMVS I.

Filius Bajazetis II. Anno 1414. Persidem ingressus Metropolim *Taurim* occupavit, percussit Regem Ismaëlem, ac deinde Regem Cappadociæ fugavit. Post hæc in Ægyptum se contulit, Syriam, & Alcairum occupavit, duos Sultanos prostravit, ac demum vastum, & nobile illud regnum subegit. an. 1520. plusquam centum millibus Christianorum prostratis, fugatis, & captis, obiit in reditu victor, & gloriosus, cum 8. annos regnasset, & mundum terrore replevisset.

XII. SOLI.



## XII.

## SOLIMANNVS II.

Filius Selimi I. cruenta ubique gessit bella. Anno 1521. Albam Græcam occupavit, & an. 1522. Insulam Rhodis post mediæ anni obsidionem. Deinde a. 1526. cum 60000. Hungariam intravit, cui Ludov. Rex cum 40000. obviam processit, sed cum toto Christianorum exercitu cæsus, ac fuga lapsus in palude suffocatus est. Hinc Budâ, vulgò *Ofen* ac pluribus aliis locis in Hungaria captis, rediit Solimannus in Græciam & occupavit Insulam Necroponte. A. 1529 tertium Hungariam ingressus Joan. Zepusensem Regem instituit, ac Viennam Austriæ Metropolim, Cæsareamque residentiam aggressus uno mense frustra obsedit, amissisq; in ea obsidione plusquam 80000 denuò contra Sophi se contulit in Persidem, ubi rerum potitus a. 1532. quarta vice cum valido exercitu rediit in Pannoniam. Verùm propter adventum Car. V. longè potentissimi Cæsar. nimio timore correptus regressus est in Thraciam. Sed anno 1541. quinta vice cum omni sua potentia reversus Budam recuperavit. Anno 1542. Albam Regalem obsidere cœpit, quam  
anno



224 GENEALOGIA AUSTRIACA,  
anno 1545. Catholicis circa Heterodoxos  
& Protestantes refrenandos occupatis, sibi  
subegit. Anno 1546. relicta Pannonia  
cum novo exercitu pulsavit coronam Pe-  
siae, ubi repulsam passus in octavo & ul-  
timo in Hungariam introitu ante Zigaretum  
anno 1566. obiit, postquam 50. annos re-  
gnasset, & octingenta Christianorum mil-  
lia prostrasset, *Aurifod. ibid.*

XIII.

SELIMVS II.

Filius Solimanni II. Venetis Insulam  
Cypri abstulit, sed non multo post à Chris-  
tianis sub Duce D. Johanne de Austria  
apud Naupactum totus ejus exercitus à  
Imperatore funditus deletus est, unus  
morbo, & afflictione correptus an. 1574.  
misere periit octavo regiminis, & 48. aeta-  
tis suae anno. Postquam 20000. Chris-  
tianorum fame, & ferro crudeliter macta-  
set. Quo tempore Turcicum Imperium  
facile extingui potuisset, nisi diabolus no-  
vum discordiam inter Christianos tem-  
nasset, & A catholicos contra Ecclesiam  
Dei, & Caesarem excitasset, *Aurif. p. 109.*  
97. & 98.

XIV. ANNO



## XIV.

## AMVRATHES III.

Filius Selimi II. successit patri suo anno ætatis suæ 72. qui quinque fratribus suis ante oculos suos mox strangulari iussis, continua gessit bella contra Hungariam ex una, & Persidem ex altera partibus tanto furore, ac rabie, ut nulli statui, aut sexui parceret, & Christianum nomen Vulcano committeret. Hic est ille tyrannus, qui Serenissimas, & Confoederatissimas Domos Austriacam, Bavaricam, & Saxonicam ferro, ac flamma delere, & incolas Sacri Romani Imperii Principes, Episcopos, & Proceres vivos decoriare, eorumque liberos ad portas civitatum suspendere juraverat. Obiit anno 1595. postquam 21. annos regnasset, 102. proles generasset, præter 5. fratres duas gravidas novercas, & innumerabilem Christianorum multitudinem necasset.

## XV.

## MAHV MET II.

Amurathis III. filius suo adhuc parente crudelior 19. fratres suos, & 10. gravidas novercas interfecit, cruenta quoque bella

P

contra



contra Hungariam paravit, at sæpius  
 quàm parens à ferocissimis Hungaris ca-  
 sus multa fortissima loca, ac prælia amittit  
 quæ ejus pater crudelissima internecione  
 subegerat. Obiit an. 1604. postquam 9. an-  
 nos regnasset, & 6782. vèl circiter Christi-  
 nos supplicio affecisset. Hujus interitum  
 gaudium attulit universæ Christianitati  
 quæ tot præclaras rebus jam desperatis, ab  
 Imperatore, & Domo Austriaca partas vic-  
 ctorias intercessioni Deiparæ Virginis  
 Mariæ adscribit, *Aurifod. iur. publ. p. 169.*  
*98. & pag. 1803. & seq. Ubi vide.*

XVI.

ACHMETES II.

Mahumetis II. filius successit patri suo  
 in Imperium annos natus quindecim, pe-  
 cem fecit cum Rudolpho II. Imperatore  
 & bellum contra Perfidem instituit, pro-  
 fus infortunatè, siquidem omnia perdidit  
 quæ prædecessores ipsius cruenta manu ac-  
 quisierant. Ex tunc Rex Persarum longè  
 potentissimus Christianorum Imperato-  
 rem Rudolphū II. ad confœderationem  
 & perennem contra Turcas unionem per-  
 traxit, quo mediante plusquam 100. milia  
 liona



liones Christianorum à cæde Turcarum conservati sunt ; sed novis inter Christianos Principes propter muscam, & labruscam litibus ortis plurima loca modico tempore recuperavit. Unde magnus Persa furore percitus exclamasse dicitur : *Si Christianorum Imperator essem, duo patibula erigerem, alterum pro Regibus, alterum pro Principibus, ut pacem inter se servare addiscerent.* Obiit anno 1617. postquam 30. annos vixisset, & 15. regnasset. Vide *Aurifod. nostram iur. publ. pag. 1697.*

## XVII. XVIII.

## MUSTAPHAS, &amp; OTTOMANNVS II.

Mustaphas successit fratri suo Achmeti Janizarorum ope. Quia verò nepotibus suis pepercit, Ottomannus Achmetis filius anno 1618. supra thronum positus, & Mustaphas in carceres coniectus fuit. Ille autem postquam cum Janizaris, quos omnes extirpare volebat, convenire non posset, Mustapham è vinculis reduxerunt, & ejus loco Imper. constituerunt, qui Ottomannum 1622. 4. regiminis sui an. in frustra concidi mandavit. An. tamen sequenti



Mustaphas denuò à Janizaris depositus, & in arctum Monasterium omni lumine destitutum detrusus est, ubi à vermibus consumptus expiravit. Sic transit gloria mundi, *Aurifod. pag. 1698. & pag. 1804.*

## XIX.

## AMVRATHES IV.

Achmethis II. filius supra thronum elevatus est, postquam Mustaphas depositus esset. Sub hoc Amurathe regnum Hungariae pacatum, & tranquillum permanens propter Cosaccorum rebellionem in Asia & Tartarorum, Persarumque motus, quos debellando suppressit. Obiit anno 1640 annos natus 33. postquam 17. annos regnasset, & 7. Christianorum Principes à rege captivos lamentabili celestinate strangulasset, eò quod adversus proprium suum Caesarem ab Amurathe supplicias sollicitarent, indignum judicans, quod subditi Principes à suo capite deficerent: *Reddunt ergò quae sunt Caesaris, Caesari, & quae sunt Dei, Deo.* Vide *Aurifod. nostr. verb. Turcicum Imp, pag. 1699.*

XX. IBERIA



## XX.

## I B R A H I M.

Frater Amurathis successit ei eodem anno 1640. qui strangulatis aliis fratribus solus remansit, is cruenta bella contra Perfidem instituit, ac Babylonem armata manu occupavit. Verum anno 1649. Imperiali throno privatus, & strangulatus est, postquam 3. Principes, 7. Comites, plures Barones, & nobiles, ac plusquam bis mille quingentos è Christiano grege sustulisset, *Aurifod. iur. publ. pag. 1700.*

## XXI.

## A C H M E T E S IV.

Ibrahimi filius successit anno 1648. sub idem tempus, quo pax in Germania conclusa est *Monasterii, & Osnabrugi Westphalorum*, anno ætatis suæ nono. An. 1650. cum Cæsare Ferdinando III. gloriosissimæ recordationis, pacem ad annos 22. conclusit, quam tamen nunquam exactè servavit, sed pro re nata foedi-fragus sæpè exitit, ut in moderno bello Turcico, ac Varadino Christianitati ablata manifestum est.

P 3

Quam



Quam civitatem utpote munitissimam  
 ceu portam Hungariæ, ac totius Sacri Ro-  
 mani Imperii, nisi Christiani Principes  
 omni studio recuperare conentur, ante  
 quam vigilantissimus, & ad Rempub-  
 licanam attentissimus Cæsar, & Im-  
 perator noster *Leopoldus* cum Turca in  
 Transylvania prædominante, & Regno  
 Hungariæ infestante pacem inire cog-  
 tur, reddent de eo in die iudicii rationem  
 quod Imperatori fidelius non succurrant  
 videntes Turcam instar esse draconis infa-  
 tiabilis, qui unam Provinciam post aliam  
 & plurima mundi Regna deglutiatur, ac  
 devastet, prout patet in Ægypto, eiusque  
 vicinia, ubi ex 20000. civitatibus solum  
 modo 300. sunt residuæ. Vide D. Joan-  
 Boter. Abbat. 2. part. relat. univers. lib. 1.  
 tit. Di Casa d' Austria. Qui conservatio-  
 nem Imperii Romani fermè soli Augu-  
 gustissimæ Domui Austriacæ quasi divini-  
 tatis ad nostram custodiam constitutæ ad-  
 scribit. Et ita revera se res habet: Nam  
 licet Cæsari tot milliones, tot milites, &  
 obsequia, quot in *Aurifod. nostra* deser-  
 ptus, quotannis ex Imperii arario com-  
 petant, vix tamen Sacrum Romanum  
 Impe-



Imperium suum gravat, sed ex Provin-  
ciis, & Regnis suis hæreditariis amplissi-  
mis, & fertilissimis omnem penè mili-  
tiæ machinam sustinet, ut verè sit, &  
habeatur Sacratissima illa Austriaca Do-  
mus totius Christianitatis primarium, &  
solidissimum propugnaculum, ut vide-  
re est in *Aurifodin. nostra verb. Hunga-  
ria, verb. Turcicum Imperium, & verb.  
Vires Turcici Imperii, &c.* Ubi patet,  
Turcarum Imperatorem existimare, to-  
tum mundum suum esse, si Domus Au-  
striaca sua esset. Quia est omni Rege po-  
tentior, in qua consistit, & residet sa-  
lus, & nervus Romani Imperii, sicut  
anima residet in corpore. *La quale, ait  
Boter. non cederebbe nè in moltitudine di  
popoli, nè in ricchezza di tesori, nè in ma-  
gnificenza di Città, nè in grandezza di  
forze a i maggiori Regna della Christi-  
tà, &c.* Hæc ille dict. loc. De Majesta-  
te, & pompa, de divitiis, viribus, ac  
regimine Imperatoris Turcarum. Vid.  
*verb. Turcicum Imperium, & verb. Vires,  
&c. pag. 1803. 1804. & 1805.* Ubi & hic  
titulus pro magnitudinis notitia appo-  
nitur:



*Imperator Achmetes filius Ibrahimi  
 semper victor. Ego qui per infinitas gra-  
 tias Omnipotentis, & abundantiam Mi-  
 raculorum Principis Prophetarum, sum Im-  
 perator Augustorum Imperatorum, distribu-  
 tor Coronarum, ac Diadematum inter maxi-  
 mos terræ Principes, Minister duarum Sa-  
 cratissimarum, & Augustissimarum urbium,  
 & pulcherrimarum totius orbis Mecca, &  
 Medina, Protector sanctæ Hierusalem, Cu-  
 stos Sepulchri Christi Domini, Asia, Africa,  
 & maxima partis Europæ victricis nostro-  
 se parte, scilicet Regionum, & Regnorum Gre-  
 ciae, Themisuar, Bosnia, Segeti, N atolia,  
 Caramania, Aegypti, omnisq; terræ Partia-  
 rum, Curde, & Georgianorum, Porta ferræ  
 Regionisq; Principis parvorum Tartarorum  
 Cypri, Diarbequir, Aleppi, Arserum, Damas-  
 Babylonis, Barzara, Arabiarum, Abech, Tu-  
 nis, Tripolis, Barbaria, & plurimarum alia-  
 rum Regionum, Insularum, fretorum, por-  
 tuum, populorum, familiarum, generationum,  
 & infinitarum myriadum præstantissimo-  
 rum militum, qui sub nostro obsequio requie-  
 cunt, & sub mea iustitia, qui sum Impera-  
 tor N. filius Imperatoris N. & Imperatoris N.  
 Gratiâ Dei refugium præcipuorum Principum*



*pum mundi, & asyllum honoratissimorum Imperatorum, &c.* Nebulo nebulonum, esca Diaboli, tyrannus Christianorum, &c.

Prima Turcici Imp. sedes fuit in *Prussa* urbe Bythinæ, quæ postea Adrianopolim translata fuit, postremò Constantinopolim, in qua quidem urbe Regium est Palatium ambitus trium milliarium mœnibus clausum, & opportunissimo totius orbis situ gaudens, quod quidem vulgò *Seraglio* dicitur, in quo sunt viridaria amœnissima, fontes jucundissimi, fabricæ sumptuosissimæ, & innumeræ mansiones, seu cubicula ornatissima.

Intra hoc Palatium, seu Claustrum sunt minora claustra duo pro mulieribus, in quorum uno sunt propè 1500. mulieres, ex quibus 150. pro quotidiano Imperatori usu, quæ in aliud claustrum includuntur ad fœtus nobiles procreandos: Ducenti verò sunt, quibus Turca mandavit singulis quadrienniis per Græciam, VVallachiam, Bosniam, & Anatoliam, reliquasque ditiones suas colligere Christianorum pueros masculos ex singulis familiis tanquam decimas sibi debitas, quos Constantinopolim, Peram, Adrianopolim, &c. ad-

P 5

ducunt,



ducunt, & civibus educandos tradunt, ac  
 minus elegantes in Bursia, & Caramania  
 agricolis tradunt nutriendos, & cum ad  
 octavum annum pervenerint, elegantio-  
 res in *Saray*, id est, Palatium præcipuum  
 Imperatoris Constantinopoli collocantur  
 usque ad quingentos, ibique in literis, &  
 armis, donec 20. annum compleverint,  
 exercentur. Ex his eliguntur præter Aula  
 Ministros, & Officiales, *Janitzari* pe-  
 dites, quos ad 12000. ad sui custodiam  
 habet Imp. ne à Christianis occidatur.

Ex Janitzaris spectabiliores electi *Spa-  
 choglani* ad 3000. dexteram Principis, sin-  
 guli 4. aut 5. equis servientes. Ex iisdem  
*Silichtar* ad 3000. similiter 4. aut 5. equis  
 servientes sinistram Principis latus tuen-  
 tur. Post hos duos ordines *Spachoglan*, &  
*Silichtar* equitant *Vlofagi*, 5000. ad dexte-  
 ram Imperatoris, & 5000. ad sinistram, qui  
 oēs ex Janitzaris, aut ex abjuratis Christia-  
 nis, qui fideliter Beglerbego, aut Bassa  
 servierunt, eliguntur. Post hos ultimi se-  
 quuntur equites *Charipici*, id est, paupe-  
 res, qui ex omnibus Provinciis Turcici  
 Imperii, & diversis Nationibus Christianis,  
 Persis, Mauris, Syris, Arabibus, Barbaris, &  
 Tartaris sponte ad Imperatoris servitium



stipendii causa confluunt, ex quibus 2000. selectiores Imperatori serviunt. Item ante Imperatorem 200. *Mutaserachi* lanceam gestantes equitant, qui ex servis ob facinus aliquod egregium sunt manumissi, & in Nobiles Aulae electi. Item post hos 30. *Chanseler*, id est, Caduceatores ante Imp. equitant, qui occursum populi prohibent, & viam Imperatori aperiunt, supplicationes quoque ipsi tradendas recipiunt.

Post hos proximè pedites *Solachi* qui arcum inauratum cum sagittis portantes 200. Imperatorem præcedunt, 200. sequuntur, & ex utroque latere 30. comitantur.

Juxta hos propè equum Imp. incedunt sine tibialibus, & calceis 100. *Peteler*, id est, Cursores, quos huc illuc in pace, & bello mittat. Hæc perpetua Imper. est custodia. Habet porrò per ditiones, ac Provincias suas in defensionem illarum alia præsidia. In limitaneis ditionū Christianorum sunt supra 10000. Janitzarorum. Intra Provincias autem Turcicas 9000. Janitzarorum sparsim commorantur, nulli Beglerbego, aut Bassæ subjecti, sed immediatè Imperatori, & liberi ab omni contributione. Est item per Provincias alia juvenus



disperfa ad 10000. ex qua suppleri poffunt, qui in limitancis Provincialibus ordinibus defecerint.

Reliquæ omnes copix militares præter dictas subsunt Beglerbegis, seu Bassis, qui sunt Rectores Provinciarum. Ita Theod. Sanduginus *de morib. Turcar. per tot.* Hanc rem Ptolem. Anton. Magin. & alii paulò aliter explicant; quos vide in *Aurifod. nostra verb. Turcicum Imp. pag. 1727. & seq. & verb. Vires, præeminentia, & tit. Turc. Imp. pag. 1803. per tot.* Ubi totum illud Imperium cum incolis, & accolis descriptum reperies.

Verumenimverò hæc Turcarum deliramenta nullius sunt momenti respectu Imperii Romani, cujus Imperator non servis, & mancipiis, sed Regibus, & Principibus dominatur, non servit veneri, ac concubinis, sed unicam suam, & Majestofam habet Imperatricem, Augustam, & totius orbis Dominam castam, pudicam, sanctam, & timoratam, &c. Vide in *Aurifod. verb. Rex, & Imperator Rom. p. 1521.*

Tertium Majestatis locum post Christianorum, & Turcarum Imperatores, ac Reges Hispaniarum, & Galliarum, &c. sibi vendi-



vendicat *Magnus Cham* Tartarorum Imperator potentissimus, qui Presbyteri Joannis primogenito dat filiam, & contra regnat in omnibus terris, in quibus Nabuchodonosor, Darius, Balthazar, Arphaxad, Assuerus, & Romani in Oriente ab antiquo regnabant, quamvis per Turcam, & Persam regna sint mutata. De hoc agitur in *Aurifod. nostra juris prbl. verb. Turc. Imper. & verb. Vires, &c. ut supr.* Ubi perfidia Nicolaitarum inter Tartaros notatur, qui inter cætera prædicant, per misericordiam Dei adhuc dæmones esse salvandos, quæ credendi licentia, & *αυρονομία* Lutherum, & Calvinum extimulavit, & opera bona non prodesse persuasit.

Quartum locum obtinet magnus ille Princeps Abyssinorum, qui ab Europæis *Presbyter Ioannes* vocatur, cuius Imperium est in Æthiopia superiore, quæ est quinta pars Africæ, estque inter potentissimos totius orbis connumerandus, ex antiquissimo stemmate Davidis procreatus: Descendit enim hic Princeps à quodam filio Salomonis, qui *Meilach* vocabatur, & à Regina Saba vicina Abyssinorum Imperatori. Receperunt fidem Christianam sub Regina

na



na Candace, quo tempore Domus Caspa-  
 ris coepit regnare, & florere in Æthiopia;  
 & ab hoc Caspare post 13. generationes de-  
 scendit *Ioannes* cognominatus *Sanctus*, is  
 tempore Constantii Imperatoris, quia ha-  
 redes masculos non habuit, relinquens Im-  
 perium filio natu majori Caji fratris sui, in-  
 vestivit Balthasarem, Melchiorum, filios  
 que minores, unde sanguis Regalis mansit  
 divisus in tres familias, Casparis, Balthasa-  
 ris, & Melchioris, & ordinavit, quod Im-  
 perium daretur per electionem uni ex his  
 3. familiis, si primogenitus non extaret.  
 Hic Rex ante adventum Turcarum erat  
 post Romanum Imperatorem potentissi-  
 mus inter Reges terræ, & obtulit Regi Por-  
 tugallie una vice contra infideles, & hære-  
 ticos 100000. drachmas auri, & militum,  
 & annonæ quantum desideraret, etiam  
 200000. si vellet. Potest namq; ut ait Al-  
 varez, hic *Presbyter Ioannes* centena millia  
 millium mittere in campum. Habet porro  
 magnus hic Princeps Religionem quan-  
 dam militarem equestris ordinis sub pro-  
 tectione S. Antonii, cui quilibet Paterfam-  
 tertium quemque filium è sua sobole, non  
 tamen primogenitum consecrare, & of-  
 ferre



ferre debet. Ex his seligit ille Princeps  
 12000. nobiliores, & elegantiores pro sui  
 custodia, reliqui fines Imperii ab inimi-  
 corum, & gentilium Christianis insultan-  
 tium insidiis defendunt. Et quamvis inco-  
 læ Christi cultum observent, & *Papam Vi-*  
*carium Christi*, ejusque summam in terris  
 potestatem agnoscant, ac pleraque Sanctæ  
 Romanæ Ecclesiæ, visibilis, & omnis erro-  
 ris expertis dogmata admittant, in quibus-  
 dam tamen à nobis Catholicis, & Ortho-  
 doxis discrepant: Nam circumciduntur  
 omnes etiam foeminae, atque etiam bap-  
 tizantur ritu Catholico post 40. dies ab eo-  
 rum natali: Quin etiam singulis annis ite-  
 rum se se baptizare solent in die Epipha-  
 niæ Domini, omnibusque baptizatis mox  
 Sanctissima Eucharistia ministratur. Mis-  
 sam quoque celebrant, sed Sacerdotes se-  
 culares nubendi licentiam impetrare pos-  
 sunt non à Legato Sedis Apostolicæ, sed  
 ab ipso Principe *Presbytero Ioanne*; Mo-  
 nachi non nubunt, sed servant perpetuam  
 castitatem, paupertatem, & obedientiam  
 juxta formam Romanæ Ecclesiæ: Jeju-  
 nium Quadragesimale durat in Æthiopia,  
 & per omnia Regna hujus magni Princi-  
 pis



pis 50. diebus, quibus adeò se macerant, ut  
 eo decurso vix movere se possint. De col-  
 latione Sacrorum Ordinum, de Sacramen-  
 torum administratione, Episcoporum or-  
 dinatione, de Religiosis, & Laicis, deque  
 eorum bonis, & redditibus, Primatibus, Ar-  
 chiepiscopatibus, Episcopatibus, Canoni-  
 catibus, Pastoratibus, de horis Canonicis,  
 Nocturnis, Vigiliis, Missarum Solemni-  
 bus, Sanctorum cultu, ac caeremoniis ipse  
 Summus Presbyter, & Rex Æthiopiæ ad-  
 eò eleganter, ac scitè disponit, ac si *Ceremo-  
 niale Romanum, & Concilium Tridentinum*  
 lustrasset. In itineribus equitat rubris cor-  
 tinis altis, & longis, quæ eum undique cir-  
 gunt, circumdatus, tredecim secum alta-  
 ria viatica, seu lapides portatiles consecra-  
 tos, quæ sunt eorum Ecclesiæ, in quibus  
 summâ cum reverentiâ Sacri Sacerdotes  
 Missarum solemnia peragunt, gestat in ca-  
 pite coronam media ex parte auream, &  
 mediâ argenteam, sicut & omnes Nubiani  
 Presbyteri in honorem trium Regum co-  
 ronati ad altare accedunt, crucifixum in  
 manu tenens, facie aureo tulipantho vela-  
 tâ. Nemo ad cortinam accedit, nisi tardis-  
 simo gressu, ac profundissima inclinatio-  
 ne



ne, plurimisque caeremoniis, Legatis Romani Pontificis integram revelat faciem, Romani Cæsaris, qui tamen vix amplius eò usque ad Nilum, Abassiam, & mare Rubrum pertingunt, ac Turcarum Ambasciatoribus mediam, reliquis verò minorem faciei partem, aut quandoque extremitatem pedis extra cortinam osculandam porrigit, maxime propriis Regibus, ac Principibus sibi subditis, qui singulis annis novum homagium, ac juramentum Christianæ fidei particulari ratione præstare coguntur. In summa habent Abyssini veneratione Sanctissimam Dei Matrem, & Virginem MARIAM, S. Thomam Apostolum, S. Antonium, aliosque Sanctos ab Ecclesia Catholica approbatos, & receptos. Illorum Princeps seu Imperator *Ioannes Presbyter* nullum habet Palatium, sed sub tentoriis degit quorum 6000. secum defert. Unde tota eius vaga Aula 10. vel 12. ferè milliaria occupat, atque decies centum millia ad bellum instruit, ac insuper 50. Elephantes, Equorum verò, & Camelorū multitudinem innumerabilem. Præcipua ejus Regna ad Altam Æthiopicam pertinentia sunt circiter 14. nempè

Q

Bernar-



P. II  
 Bernagassum propè Ægyptū, Tigremaon  
 inter Nilū, & mare Rubrū, Tigrat, in quo  
 est urbs *Cassimo* sedes olim Reginae Sabæ,  
 Angoræ, Amara, Fatigar, Damut, in quo  
 sunt Amazones mulieres bellicosæ, quæ  
 arcibus utuntur, & Reginam habent, &c.  
 contra Mauros, & Turcas continuò belli-  
 gerant. Et ideò lex est apud Mauros, qua  
 cavetur, ut nemo possit nubere, nisi  
 Christianos occiderit. Titulum, & plura  
 alia vide in *Aurifod. verb. Vires, pag. 180.*  
 & *verb. Turcic. Imp. pag. 1711. & seqq.* Et  
 apud Joan. Boter. in *Relat. de Presbytero*  
*Iomme, &c.*

Post Romanos Pontifices, & Impera-  
 tores de Cardinalibus Sacræ Romanæ Ec-  
 clesiæ & Electoribus Imperii pauca agen-  
 da restant, siquidem abundè de iis actum  
 est *Aurifod. nostra iuris publici, verb. Ro-*  
*ma caput mundi, &c.* Ubi apparet inter  
 alia Papam sub se habere intra urbem  
 quinque Ecclesias Patriarchales dictas  
 quæ sunt Ecclesia *S. Ioan. Lateranensis*  
*S. Petri Monasterium: S. Pauli intra mo-*  
*ros urbis: S. Maria Maior, & Monast-*  
*rium S. Laurentii.* His Ecclesiis diximus  
 porrò assignatos Episcopos 8. Primus e-



Sum. Pontifex, reliqui sub eo. *Ostiensis*, qui Patriarcha Campaniæ, & Papam consecrat, *Velletrensis*, sive *Valerensis*, *Portuensis* sive *S. Ruffina*, & *Secundæ*, *Sabinensis*, *Tusculaniensis*, *Pranestiniensis*, & *Albanensis*. Iisdem Ecclesiis adsignatos Presbyteros Cardinales 28, videlicet: *Titulo S. Crucis in Ierusalem*: *Titulo SS. Joannis, & Pauli*: *Titulo S. Stephani in Celio monte*: *Titulo S. Susannæ*: *Tit. S. Petri ad vincula*: *Titulo S. Priscæ*: *Tit. S. Syriaci in Thermis*: *Tit. S. Marcelli*: *Tit. S. Balbinæ*: *Tit. S. Grisogoni*: *Tit. SS. Marcelli, & Petri*: *Tit. S. Anastasiæ*: *Tit. S. Clementis*: *Tit. S. Potentianæ*: *Tit. S. Martini in Montibus*: *Titulo S. Praxedis*: *Tit. S. Marci*: *Tit. S. Laurentii in Lucina*: *Tit. S. Mariæ in Transtiberina*: *Tit. SS. IV. Coronatorum*: *Tit. S. Sabine*: *Tit. SS. Nerei, & Achillei*: *Titulo S. Sixti*: *Tit. S. Eusebii*: *Tit. S. Vitalis*: *Tit. Basilicæ 12. Apostolorum*: *Tit. S. Laurentii in Damasi*: *Tit. S. Cecilie*. Iisdemque adjunctos Diaconos Cardinales 18. & Episcopos extra urbem in Campania maritima, qui sunt *Agnaninus*, *Alatrinensis*, *Fundanus*, *Tiburtinus*, *Sagninus*, *Terracinensis*, *Verulanus*, *Feretinus*, *Soranus*, *Aquinus*, &c.

Q 2

Omnes



Omnes Eminentissimi, & Illustrissimi  
Principes Sanctæ Dei Ecclesiæ columnæ,  
& firmamentum, anchoræ, & candelabra  
ante Pontificiam Majestatem lucentia, sic  
ut Seraphini in cœlestibus, Barbat. *in tra-*  
*ctat. de præstantia Cardinalium, in l. q. 1.*  
& *in Aurifod. nostra, pag. 1324.*

Ad Cardinales proximè accedunt Sa-  
cri Romani Imperii *Electores* Septemviri,  
qui sicut Cardinales Regibus æquiparan-  
tur, ut *in Aurifod.*

*Electores* sunt Status Imperii, à Sede  
Apostolica jus eligendi Cæsarem habentes,  
Majestatis constituendæ arbitri, ac præ  
omnibus Sacri Romani Imperii Principi-  
bus maximis prærogativis à Papa, & Cæ-  
sare condecorati, Regibus haud minores.  
Et quod hoc jus à Papa habeant, nempe à  
Gregorio V. testatur Innocent. III. *in cap.*  
*Venerabilem, de elect. in Clement.* Hieron.  
Balb. *in lib. Singular. de Coronat. ad Caro-*  
*lum V. pag. 33.* Ubi *Electores* à Gregor. V.  
de Anno Domini 1002. ad instantiam Ot-  
tonis III. Imp. constitutos scribit Petrus  
de Andlo, & alii, quos vide *in Aurifod.*  
*nostra iur. public. verb. Ordo, Origo, & Offi-*  
*cia Electorum S. Rom. Imp. pag. 1241. verb.*  
*Membra,*



*Membra, ordines, & status S. R. Imp. iuxta Matricul. pag. 106 2. Item verb. Magistratus Suprem. seu Monarchia Sac. Rom. Imper. pag. 981. Item verb. Lex Regia Germania, sive de Capitulat. Caesar. pag. 924. Item verb. Imperii Romani initium, & progressus, eiusque caput, & membra, pag. 701. Et maximè verb. Electio Imp. quomod. fiat, pag. 419.*

Fuerunt autem Electores *Moguntini* Sac. Rom. Imp. Archicancellarii Germaniæ 47. Primus fuit Willegisus patre Carpentario, à quo primùm rotæ insignia, anno salutis 1002. à Gregor. V. creatus, usque ad Joannem Philippum à Schönborn, Collegii Decanum.

*Trevirenses* Sac. Rom. Imp. Archicancellarii per Galliam, & Regnum Arelat. 39. primus fuit Ludolphus è Duce Saxoniæ usque ad Carolum Casparum de Ley, *Aurifod. iuris publ. pag. 106 2. & seqq.*

*Colonienses* Electores Sac. Rom. Imper. per Italiam Archi-Cancellarii 47. à S. Heriberto, qui fuit primus, usque ad Serenissimum Baviaræ Ducem Maximilianum Henr. S. Sedis Apostol. Legatum natum.

*Electores Bohemiæ Reges Sacri Romani Imperii Archipincernæ, à Vladislao Rege*  
 Q 3 usque



usque ad Leopoldum I. Imperatorem fuerunt 27.

*Palatini Electores S. R. Imperii Archidapiferi* 24. à Sigefrido è Duce Lotharingæ, qui fuit primus anno 1002. constitutus usque ad Fridericum exautoratum, & rebellem, à quo Electoratus transit ad Dominum Bavaricam, nempe ad Maximilianum, qui obiit anno 1651. & posteros, quibus tandem in tractatu pacis Monasteriensis admotus est Palatinus Archithesaurarius, vulgo *Erz-Schatz-Meister* / qui post Maximilianum I I. octavam locum obtinet, *Aurifod. iur. publ. pag. 1244.*

*Electores Saxonie S. R. Imperii Archimarschalli* à Bernardo Duce Angarie usque ad modernum Principem Joannem Georgium, qui fratri suo Christiano successit, fuere 25. hujus abavum Fridericum Carolus V. Imp. mandante Pontifice anno 1547. deposuit, quod contra Papæ & Cæsaris mandatum flagitiosum apostatam & sacrilegum adulterum M. Lutherum protegere, & alia attentare non desisteret. *Vide Aurifod. verb. Hæreticus.*

*Electores Brandenburgici S. R. I. Archicamerarii* fuere 37. ab Hugone Comite VVerni



VVertinensi a. 1004. à Papa Greg. V. creato usque ad modernum serenissimum Ducem Fridericum V Vilhelmum, quem clementissimus Deus unà cum Palatino, & Saxone ad avitam fidem Romano Catholicam, quam majores eorum sartam, & rectam conservarunt, reducere dignetur, quatenus ejusdem fidei, ac religionis fiant, quæ aliis. Electores imbuti sunt.

Cardinalibus, & Electoribus jure optimo accinguntur *Tessaraproti*, seu *Quatuor Viri S. R. Imp.* qui ex singulis ordinibus constituti. De quibus agitur in *Auris. nostr.* iur. pub. verb. *Quatuor Viri Sac. R. Imp.* pag. 1462.

Sunt autem secundum Matriculam primam sequentes in ordine:

- 4. Duces: Lotharingæ, Sueviæ, Bavariæ, & Brunsvvigæ.
- 4. Landgravii: Thuringiæ, Alsatiæ, Hassiæ, & Leuchtenbergii.
- 4. Marggravii: Badensis, Misniæ, Brandenburg. & Moraviæ.
- 4. Comites Imperii: Cliviæ, Sabaudia, Schvvartzenburg. & Zilli.
- 4. Burgravii: Strombergensis, Reineck, Magdeburg, & Norimberg.

Q 4

4. Equi-



- P. II  
9.
- 4. Equites Imperii, oder Ritter: Andlau, Weissenbach, Frayvenberg, & Strun- deck.
  - 4. Barones Imperii: Aldenyvalt, Thulis, & Rar, Westenburg, Limburg in Fran.
  - 4. Pagi: Bamberg, Ulma, Hagenovia, & Schlestadtium.
  - 4. Civitates Capitales: Lubeca, Aquisgranum, Metis, Augusta.
  - 4. Burga: Magdeburgum, Lucenburgum, Rotenburgum, Altenburgum.
  - 4. Rustici: Salisburgum, Constantia, Ratisbona, Colonia.
  - 4. Vicarii Imperii: Brabantia, inferior Saxonia, Westria, Silesia.
  - 4. Domini Provinciales: Mediolanum, Padua, Scala, Mirandula.
  - 4. Mareschalli: Rappenheim, Gelich, Meissen, Visting.
  - 4. Abbates Imperii: Murbach, VVeissemburg, Campidon, Fulda.
  - 4. Ritterlich: oder Gefürstete Graven des Reichs: Flandria, Tirolis, Altenburgum, Ferrara.
  - 4. Venatores Imperii: Meiss/Schavvenburg, Urach, Hurn.
4. Oppi-



4. Oppida, seu Vici, *Stecfelein* : Ingelheimb, ubi Carolus Magnus natus est, Altdorff, Liechtenavv, Dencendorff.
4. Famuli S. R. Imperii: Rabnavv, Arnspurg, Hirten à Fulck, VValdeck.
4. Montes, seu Berg: *Münsterberg/ Heidelberg/ Friedberg/ Nürnberg.*
4. Archiofficia, vulgò *Erzhämpter*: Kemnat, Marckdorp, Radach, VValtburg.
4. Domus Sac. R. I. Austriaca, Bavarica, Saxonica, & Braunsvviga. Plura vide in *Aurifod. nostra iuris publ. verb. Quatuor Viri S. R. Imperii.*

*Correctus Ordo Potentissimorum Principum Electorum Sacri Rom. Imperii.*

*S. R. I. Archi-Præsules Moguntini.*

1. *W*illegisus patre Carpentario, à quo primum Rotæ insignia, quibus ipse adjunxit:

*W*illegis recolas, qui es? & unde venis?

Q 5

Fuit



- 250 S. R. I. ELECTORES MOGUNT.  
Fuit hic 1. Elect. S. R. I. obiitque 1008.  
2. Erckenbold, ex Abb. Fuldensi ob. 1020.  
3. Aribo ex Palat. Rheni decessit 1031.  
4. B. Bardo de Oppershofen ex Abbate  
Fuldensi, alter Chrysofomus, obiit 1050.  
5. Luitpoldus obiit 1059.  
6. Sigefridus Baro ab Eppenstein ex Abbate  
Fuldensi obiit 1084.  
7. VVeziilo obiit 1088.  
8. Ruthardus ex Abbate Erfurd. ob. 1109.  
9. Adelbertus 1. Dux Lotharing. ob. 1137.  
10. Adelbert. 2. Comes de Sarbrug 1141.  
11. Marcolphus obiit 1142.  
12. Henricus Felix obiit 1153.  
13. Arnoldus de Selenhofen, trucidatus à  
civibus an. 1160.  
14. Conradus Comes de Wittelspach à  
Cæsare schismatico dejectus 1164.  
15. Fridericus Frider. Imper. Cancellarius  
ab ipso intrusus obiit 1180.  
16. Conradus iterum, moritur 1205.  
17. Sigefrid. Baro ab Eppenstein ob. 1225.  
18. Sigefrid. 3. Baro ab Eppenstein prioris  
nepos ob. 1268.  
19. Christianus obiit 1251.  
20. Gerardus Ord. Min. 1260.

21. W...



21. Wernerus Comes de Falckenstein obiit 1282.
22. Gerardus ab Eppenstein moritur anno 1340.
23. Petrus de Achzpalt obiit 1320.
24. Matthias Comes de Buochegg, ex Abbate Marbacensi obiit 1328.
25. Henricus 3 de Virnberg obiit 1353.
26. Gerlacus Comes de Nassau obiit anno 1371.
27. Joannes Comes de Luxenburg ob. anno 1373.
28. Adolphus Comes Nassovius moritur an. 1388.
29. Conradus 2. Comes VVeinsperg. obiit 1395.
30. Joannes Comes Nassovius ob. 1419.
31. Conradus 3. Comes Rheni 1434.
32. Theodor. Baro ab Erpach. 1445.
33. Dietherus Comes ab Isenburg dejectus an. 1461.
34. Alphonfus Comes Nassovius ob. 1475. revocatur Dietherus qui obiit 1482.
35. Albertus I. Dux Saxonix moritur anno 1484.
36. Bertholdus Comes ab Hennenberg obiit 1505.

Q 6

37. Iaco-



252 S. R. I. ELECTORES MOGUNT.

37. Iacobus à Liebenstein obiit 1508.  
38. Uriel à Gemmingen moritur 1514.  
39. Albertus Marchio Brandenburgus obiit 1545.  
40. Sebastianus ab Heuffenstein obiit 1555.  
41. Daniel Brendel ab Homperg ob. 1582.  
42. VVolfgangus Camerer de Dalburg obiit 1601.  
43. Ioannes Adamus de Bicken moritur 1604.  
44. Ioannes Suicardus de Cronberg obiit 1626. 17. Sept.  
45. Georg. Frideric. Greiffenklaui obiit 1629. 6. Iulii.  
46. Anselmus Casimirus VVambolt ab Umstatt obiit 1647.  
47. Iohan. Philippus à Schönborn Episc. Herbipol. Franciæ Orientalis Dux.

---

*Archiepiscopi Trevirenses.*

1. Elector fuit Ludolphus è Ducibus Saxonum 1002.
2. Adalbero, germanus, S. Kunegundis Imperat.
3. Minguardus, five Megingotus claruit 1008.
4. S. Pope



4. S. Poppo filius Leopoldi, Aurie March. obiit 1037.
5. Eberhardus Comes Palatinus ob. 1065.
6. Chuno, sive Conradus, caesus ab impiis 1066.
7. Udo Comes Nellenburgius moritur anno 1077.
8. Ado, quem nonnulli eundem cum superiore volunt obiit 1079.
9. Engelbertus obiit 1101.
10. Bruno obiit 1123.
11. Godefridus obiit 1130.
12. Meginherus.
13. Adelbertus electus 1132.
14. Hilinus, seu Hilius 1154.
15. Arnoldus obiit 1188.
16. Ioannes obiit 1213.
17. Theodoricus Comes de VViedt obiit 1242.
18. Arnoldus 2. obiit 1259.
19. Henricus 2. de Vinstingen obiit 1286.
20. Boëmundus à Vosperg ob. 1299.
21. Dietherus Comes de Nassau Ordinis Præd. ob. 1307.
22. Balduinus Com. Lucemburgius, Henricus 7. frater obiit 1354.
23. Boëmundus Comes de Sarbruck 1368.
24. Contra-



- 254 S. R. I. ELECTORES TREVIR.
24. Conradus Comes de Falckenstein obiit 1388.
25. V Vernherus Comes de Königstein obiit 1418.
26. Ottho Comes de Zigenhaim ob. 1430.
27. Rhabanus ab Helmstat.
28. Jacob Baro à Sirek 1436.
29. Joan. Marchio Badensis obiit 1505. de crepitis.
30. Jacobus 2. Marchio Badensis obiit anno 1511.
31. Richardus à Greiffenclau.
32. Joan. à Meznhausen obiit 1540.
33. Joan. Ludovicus ab Hagn. obiit 1547.
34. Ioan. Comes ab Ifenburg obiit 1556.
35. Joan. de Stain ob. 1567.
36. Jacob ab Elz ob. 1599.
37. Lotharius à Metternich ob. 1623.
38. Philipp. Christophorus à Söttern obiit 1652.
39. Carolus Casparus de Ley, &c.

---

*S. R. I. Electores Colonienſe.*

1. S. Heribertus obiit 1021.
2. Peregrinus obiit. 1036.

3. Her



3. Hermannus Otthonis 2. ex sorore nepos.
4. S. Anno.
5. Hildulphus obiit 1084.
6. Sigevinus.
7. Hermannus electus 1089.
8. Fridericus electus 1112.
9. Bruno Comes Altenæ electus 1132.
10. Arnoldus claruit 1158.
11. Hugo claruit 1158.
12. Arnoldus Comes Geldria.
13. Fridericus Comes Altenæ claruit anno 1161.
14. Reinoldus Comes à Dassel, transtulit Mediolano 3. SS. Regum corpora.
15. Philippus ab Hemsberg 1187.
16. Bruno Comes Altenæ fit Monachus anno 1199.
17. Adolphus Comes Altenæ, & frater Brunonis.
18. Bruno de Segelbach.
19. Theodoricus Comes de Monte 1225.
21. Henricus 1232.
22. Conradus obiit 1261.
23. Engelbertus à Falckenburg.
24. Sigefridus de VVesterburg 1280.
25. Vichboldus Baro VVestphalus 1299.
26. Henricus de Varenburg.
27. VVal-



256 S. R. I. ELECTORES COLON.

27. VValramus Comes Iuliaci obiit 1349.  
VVilh, Cenap. 1356.
29. Ioan. à Varenburg.
30. Adolphus Comes de Marca ob. 1367.
31. Engelbertus Comes de Marca 1368.
32. Chuno de Falckenstein.
33. Frider. Com. Somuerdensis obiit 1414.
34. Theodoricus Comes de Moërs obiit  
anno 1462.
35. Rupertus Dux Bavar. obiit 1479.
36. Hermannus Landgravius Hassiæ ob-  
iit 1508.
37. Philip. Comes de Dhuin.
38. Hermannus Com. de VVieda exau-  
thoratus 1552.
39. Adolph. Comes Schaumburgius obiit  
anno 1556.
40. Anton. Com. Schanmburgius Adol-  
phi frater obiit 1559.
41. Ioan. Gebhardus.
42. Fridericus Comes de VViedt claruit  
anno 1562.
43. Salentinus Comes ab Isenburg resi-  
gnat 1576.
44. Gerhardus Dapifer de VValdpurg ex-  
authoratur.
45. Ernestus Dux Bavariæ electus 1583. ob-  
iit 1612.
46. Fer-



S. R. I. ELECTORES PALAT. 257

46. Ferdinandus Dux Bavarix, Maximilianus Electoris frater, obiit 1650.
47. Maximilianus Henricus Dux Bavarix, &c. Episcopus & Princeps Leodienfis, & Hildesheimenfis.

---

*S. R. I. Electores Palatini.*

1. Sigefridus è Duce Lotharingix Mosellanix 1001.
2. Henricus cognominatus Hezelo Bavarix Dux.
3. Henricus Hezelonis filius natu major.
4. Conradus Franconix Dux, & Prorex.
5. Conradus Frid. Imp. frat. Dux Suevix.
6. Henricus Guelpho Com. obiit 1228.
7. Otto Vittelspachius obiit 1253.
8. Ludovicus Severus obiit 1294.
9. Rudolphus filius Ludovici 1319.
10. Adolphus Rudolphi frater.
11. Rudolphus Adolphi frater obiit 1327.
12. Rupertus 1. ob. 1385. Austriax alumnus.
13. Rupertus 2. Adolphi filius ob. 1398.
14. Rupertus 3. Ruperti 2. fil. postea Imp.
15. Ludovicus 2. Ruperti Imp. filius 1409.
16. Ludovicus 3. Lud. 2. filius ob. 1451.
- R  
17. Phi-



258 S. R. I. ELECTORES PALAT.

- P. 11  
9.
17. Philippus Ingenuus Lud. 3. filius 1501.
  18. Ludovicus Pacificus Philippi fil. 1544.
  19. Fridericus Pius obiit 1556.
  20. Ottho Henricus obiit 1559.
  21. Fridericus Simerensis obiit 1576.
  22. Ludovicus Friderici filius obiit 1283.
  23. Frid. 4. filius Ludovici obiit 1611.
  24. Frid. 5. qui quod se in Regnum Bohemix intrusit, depositus, & relegatus.
  25. Maximilianus Bavarus electus an. 1601. ob. an. 1651. & mansit Electorat. apud Bavarix Duces usq; modo, & semper.
  26. Maximilianus 2. Bavarus, Generalis Cæs.
- 

*S. R. I. Electores Saxonix.*

1. Bern. Hermanni Bilingi filius, Dux Ansgariæ obiit 998.
2. Bernardus 2. filius obiit 1063.
3. Ortholphus Bernardi 2. filius ob. 1078.
4. Magnus ob. 1106. Fundator 6. Monast.
5. Lotharius Com. Querfurt, postea Imp. obiit 1137.
6. Henricus Superbus Guelpho ducta unica Lothar, filia.

7. Hen-



S. R. I. ELECTORES SAXON. 259

7. Henr. Leo Superbi filius Generalis Cæs.
8. Bernardus Alberti Urſi Elect. Brandeb.
9. Albertus 1. Bernardi filius factus Monachus 1250. obiit 1260.
10. Albertus 2. Alberti filius ob. 1311.
11. Rudolphus 1. Alberti filius 1336.
12. Rudolph. 2. ob. 1370. in bello pro Cæs.
13. VVenceslaus Rudolphi frater 1388.
14. Rudolphus 3. Generalis Imp. ob. 1410.
15. Albertus 3. fit Monachus 1416. ob. 1422
16. Fridericus Bellicosus, primus ex Milnensi linea, ob. 1428.
17. Fridericus Placidus obiit 1464.
18. Frider. Sapiens Cæs. Legatus ob. 1480.
19. Joannes frater obiit 1532.
20. Joan. Frid. à Carolo 5. depositus 1547.
21. Mauritius obiit 1153.
22. Augustus obiit 1586. in Legat. Cæs.
23. Christianus 1. obiit 1591.
24. Christianus 2. obiit 1611.
25. Joannes Georgius fratri successit.

---

*S. R. I. Electores Brandenburgici.*

1. Hugo Comes VVethinensis obiit 1001.
2. Theodoricus ex fratre nepos, pulsus ab Obotritis 1009. R 2 3. Sigi-



260 S. R. I. ELECTORES BRAND.

3. Sigifridus Marchio Stadenfis Relig.
4. Ottho Sigefridi filius obiit 1085.
5. Ottho junior prioris filius.
6. Rudolphi frater Otthonis.
7. Rudolphus 2. filius primi.
8. Albertus Ursus Comes Ascaniæ 1169.
9. Ottho Albus filius obiit 1198.
10. Ottho 2. primi filius ob. 1026.
11. Albertus Otthonis frater obiit 1221.
12. Joan. 1. obiit 1266. in Monast. Canda.
13. Ottho 3. frater Joan. obiit 1267.
14. Joan. 2. primi frater obiit 1283.
15. Ottho 4. Ioannis frater obiit 1298.
16. Conradus Ioannis filius obiit 1304.
17. Ioannes 3. Conradi filius
18. Waldemarus 1. Ioannis frater.
19. Waldemarus 2. primi nepos.
20. Joannes 4. obiit 1322.
21. Ludovicus Bavar. Lud. 4. Imp. filius
22. Ludovicus 2. Austriæ cliens ob. 1369.
23. Ottho Ludovici frater ob. 1379.
24. Carolus 4. post Imperator, qui multa  
privilegia Electoribus concessit.
25. Sigismundus Caroli 4. filius.
26. Jodocus Moraviæ Marchio.
27. Fridericus Burggravius Norimb. 1441.
28. Frider. 2. fil. 3. ob. 1470.

29. Al



29. Albertus dictus Achil. Germ.
30. Ioan. 2. Alb. filius obiit 1469.
31. Joachim Ioan. fil.
32. Joachim Frid. fil.
33. Ioan. Georg. ob. 1598.
34. Joachim Frider. ob 1608.
35. Ioan. Sigismund. ob. 1619.
36. Georg. Wilhelm. ob. 1640.
37. Frid. V Vilh. de quo avitæ fidei spes est.

*S. R. I. Electores Bohemia Reges.*

1. Vladislaus primus Rex ob. 1045.
2. Predislaus 1126.
3. Vladislaus 2. obiit 1147.
4. Premislaus obiit 1231.
5. V Venceslaus 2. ob. 1252.
6. Ottocarus, occiditur à sicariis.
7. V Venceslaus, obiit 1305.
8. V Venceslaus 3. occisus 1303.
9. Henricus Comes Tyrol.
10. Ioan. Lucemb. fit Rex Bohem. 1312.
11. Carol. 4. post Imperator.
12. V Venceslaus 4.
13. Sigismundus Imp.
14. Albertus 2. Imp. ob. 1439.
15. Vla

R 3

15. Vla



262 S. R. I. ELECTORES BOHEM.

15. Vladislaus Alb. filius. ob. 1458.
16. Greg. Podiebradius exauctoratus 1458.
17. Matthias Huniades.
18. Ladislaus Casimiri Regis Pol. fil. 1516.
19. Ludov. Rex Hungar. & Bohem. 1529.
20. Ferdinandus Austr. Imp. ob. 1564.
21. Maximilianus 2. Imp. 1576.
22. Rudolphi 2. Imp. 1612.
23. Matthias Imp. ob. 1619.
24. Ferd. 2. Imp. 1637.
25. Ferd. 3. Imp. ob. 1647.
26. Ferdin. 4. Rex Roman. 1654.
27. Leopold. 1. natus, electus, & coronatus, vide pag. 201.

F I N I S.

INDEX



# INDEX CAPITV M.

- |     |  |         |
|-----|--|---------|
| 1.  | <b>D</b> E nomine, & titulis Papæ.   | pag. 1. |
| 2.  | De nomine Pontificis.  | p. 4.   |
| 3.  | De electione Papæ.   | p. 7.   |
| 4.  | De consecratione Papæ.   | p. 16.  |
| 5.  | De primatu, & Principatu Papæ.   | p. 17.  |
| 6.  | De spiritali jurisdictione Summi Pontificis, ejusque Hierarchia.   | p. 31.  |
| 7.  | De devotione, ac submissione, correspondentia, & respectu Sacratissimi Imperatoris erga Summum Pontificem, ejusque S. Sedem Apostolicam. | p. 35.  |
| 8.  | De jurisdictione Summi Pontificis circa judicium controversiarum fidei.  | p. 42.  |
| 9.  | De jurisdictione, & autoritate S. Pontificis circa forum causarum.   | p. 46.  |
| 10. | De spiritali mucrone S. Pontificis.  | p. 51.  |
| 11. | De jurisdictione S. Pontificis in temporalibus, & de Dominio ejus directo.   | p. 57.  |
| 12. | De utili in temporalibus Dominio S. Pontificis.  | p. 61.  |
| 13. | Utrum S. Pontifex ex causa dilecti Casarem, aut Regem deponere possit.   | p. 73.  |
| 14. | De origine, & causa donationis Constantini Imperatoris facta S. Sylvestro Pontifici Maximo.  | p. 80.  |
| 15. | De regimine Summi Pontificis tum per leges, tum per legatos, & de autoritate SS. Canonum.  | p. 90.  |
| 16. | De residentia S. Pontificis.   | p. 99.  |
| 17. | De differentia jurisdic. inter Papam, & Casarem.   | p. 113. |
| 18. | De fide, ac Religione S. Pontificis, & omnium Christi fidelium.  | p. 116. |
| 19. | De jure Pontificis constituendi electores S. R. Imp.   | p. 135. |
| 20. | De jure Casaris constituendi Papam.  | p. 140. |
| 21. | De amissione Pontificatus per renunciationem.  | p. 147. |
| 22. | An Papa possit errare, & propter haresim, aut schisma deponi.  | p. 149. |

APPRO.



P. II  
O.

A P P R O B A T I O.

**T**ra<sup>ct</sup>atum Iuridico-Politicum de jure su-  
perioritatis Romani Pontificis, &c.  
ab Admod. Reverendo Nobili Clariss. &  
Consultissimo Domino Hermanno VVestelin-  
gio I.V.D. Ecclesiarum vet. Cath. S. Pau-  
li & ad S. Martinum Monasterii VVestpha-  
liae olim Canonico, &c. compositum, quando-  
quidem nihil ab Orthodoxa fide Catholica, aut  
bonis moribus alienum continet, publici iuris  
fieri concedimus, verè ab omnibus legi dignum  
censemus.

Paulus Aussemius Canon. Metropol.  
Censor libr. Ord. sign. 25. Febr. 1662.



re li-  
&c.  
ff. &  
selin-  
Pau-  
stpha-  
ando-  
a, aut  
iuris  
mum


ppol.  
1662.





P. II  
a.








P. 11  
o.








P. II  
a.








P. II  
o.








P. II

9.








P. II  
9.








P. II  
o.













Th  
4942